



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

Mensis Febrvarivs

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

MENSIS FEBR VARIUS

P R I M O D I E

P. IOANNES HIERONYMVS
PONCE. CIGNARDVS.Hispanus
Villaregij.
1. Febr. 1606.
Humilitas.

Castit.

Amor Dei.

Mors.

Vocatio.
Humilitas.

Dei Arcos filius; nunquam tamen illum, vel consanguineum vllum nominare auditus, ne aliquid inde vani pulueris illi adhaeresceret. Aegros tractabat amantissimâ accuratione; ciboque illis ipse coquebat. In Deiparâ atque castitatis cultu, & in omnibus ijs, quibus castitas comparatur, mirè excelluit. Orandi arte studioque insignis cum esset, eos morbos, qui mentem aegro eripiunt, eo ex capite horrebat, quod illud tempus totum sine Dei amore transigatur: ipse verò nullum vitæ suæ momentum volebat huius amoris non esse plenissimum. Iam appetebat illud, quod antea prædixerat moriendi tempus; quo ille tantæ iucunditatis signa edidit, aded excelsos virtutum actus elicit, vt religiosus quidam è S. Benedicti Ordine Abbas, qui eius morti interfuit, & tunc, & pro concione postea disertè dixerit; nulla se vnquam in vilo vidisse maiora exempla virtutum. Extrema ferè, quæ identidem regustabat verba illi fuere: *Elegi abiectus esse in domo Dei mei magis, quàm habitare in tabernaculis peccatorum.*

Mediolani nobili domo natus; quem vtero gestans Mater dicebat se in explicabili orandi fame siti que teneri. Si quod conclave ingressus B. V. imaginem videret, illam prius quàm vllum alium salutabat. Huic modestiâ, solitudine, Virginitate custoditâ gratificabat. Cogitationem in tyrocinio si quam pateretur inuitus, eâ illicò Magistro aperiebat: nec illam deinceps reducem, aut importunam habebat. Eius in se verberando immanitas, alijs admirationem, illi ægritudinem induxit. Religiosa vota posteaquam nuncupauit, eadem Beatissimæ Virgini accommodata concepit, seque illi dedicauit. Alta, & sublimis quidam diuinæ pulchritudinis imago in mente relucebat impressa. Inde illi læta, pia, & ferè perpetua Dei præsentis memoria. Per menses aliquot apud fratrem in villa cum suo confessario esse iussus, ita se ibi habuit, vt affinem suam, seu fratris vxorem, nunquam in vultu viderit, & illâ non visâ redierit. Spectra ibi importuna signo crucis discussit. Cremonæ vltimū ægrum phrenesis crebra concussit: sed & tunc sancta loquebatur; in hoc sibi constare visus. Eadem quâ mortuus est horâ, Mediolani cuidam suo olim socio nostro, nominatim appellato, & excitato, ac vigili se spectandum dedit, & dixit: *Ego vado.* Ipsi verò longam restare viam. Dubitanti, & oranti

Italus, Cremonæ. 1. Febr. 1608. ætat. 10. B. V. Pra alijs salutata.

Nouitius.

Mortif.

B. V.

Casti modestia.

Mors.

Ego vado.

Canta
Peru.
Cioqu
1. Febr
ætat. 9
Soc. 4
Præd

Mort.

1. Febr
Italus
sus in
Varo
rum.B. V.
Resar

Humi

Charit

oranti se iterum ostendit incundâ luce conspicuus, eumque solatus plenum reliquit dulcium, ac per plures dies durancium lachrymarum.

PETRVS DE VEGA
COADIUTOR.

Cantaber
Peru. Coll.
Cinquabem.
1. Febr. 1619.
ætat. 97.
Soc. 4.
Prædicator.

Mort.

LIma in Societatem cooptatus, ut ei esset veilior, futuriâ artem didicit anno ætatis 60. Totus in labore, totus in obediendi studio ad extremum vsque intentus, dixit se non nisi extremo vitæ suæ die decubiturum. Et verò non nisi quartâ ante mortem horâ decubuit, & se ad mortem post quatuor horas obeundam suavitate mirâ composuit, magno apud omnes nomine præclaræ virtutis honoratus.

P. I V L I V S
PASQUALIS.

1. Februarij.
Italus, ex-
sus in vico
Varo hio-
rum, 132.

B V.
Rosarium.

Humilit.

Charitas.

IN agro Brixienti natus, in occidentis India inde ab anno 1616. versatus, Cinaloam Mexicanam primus excoluit. Cinipas primus è lustris in cœtum collegit; templa condidit; & ea istic egit ac passus est, quæ apud barbaros hæctenus à nullo domitos & multa, & haud mediocria esse solent. Cinipæ monilia gestabant è conchylijs: Iulius Beatissimæ Virginis Matris insignitè amans, illis Rosarium, ut illud eius monilis loco gestarent, & alternis choris recitarent, persuasit. Primus vbique vadum, primus periculosa loca tentabat, tanquam vilius caput, opinione suâ; eoque minore iacturâ periturus. Itinera tor exantlaur, ut eorum conscij stupuerint vitam ei ad tor ærumnas sufficere. Induxit mortem; ut si quis in agone morti esset proximus, ad æris campani sonum

omnes pro eo degenibus precarentur.

In annonæ caritate paruulis cibos in os, maternum in morem, ingessit; ipse non nisi parco, eoque parabili, & ferè autum potius quàm hominum cibo contentus. Cum diuinis operaretur, populo templi ruinam timentem persuasit, ne fugeret; prædixitque, templum non nisi post peractum sacrificium ruiturum. Sacro peracto, populoque dimisso, templum illico collapsum est. Vbicunque partium esset, horam vnâ orationi mentali, mediam examini gemino, præstitutum tempus lectioni spirituali dabat. Ardebat intimè, sæpè altum suspirare auditus: *Deus meus. cur te non amo? O quando te perfectè diligam, Domine? O fac, Deus, ut amem te ita scuti dignum est à me amari te.* Dicebant qui eum pernorant, illum Deo semper adesse, ac velut in beata vita versari. In sacello coram SS. Sacramento erat pernoctans in oratione Dei. Vt menti, moribusque humilitatem altè imprimeret, descripsit sibi, & semper præ oculis habere voluit illud Isaia: *Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos? Pudicus vultus, & decora modestia, ei pudicissima Virginis nomen fecit. Inedia illi longa, & constans; asseres, lectulus; è setis cingulum castitatis; & quotidiana, eaque repetita, flagellis ad sanguinem vsque incussis in carnem suam sæuitia. Christophorus Martinez Hispanus chirographo suo testatus est, oculum sibi altè in caput recessisse, os verò fœdè ad auriculam vsque detortum; vtrumque repentè à P. Iulio perfanatum, cum de absente tunc P. Iulio noctu cogitans Christophorus suspiraret: O Si P. Iulius Pasqualis, vir ille sanctus, adesset, is me procul dubio incolumitati restitueret! Hæc eo cogitante adfuit iumento reclusus Iulius; & ægro*

Mortif.

Sacrum.

Accuratio
in ordinarij.

Amor Dei.

Oratio.
Euchar.
Humilitat.

c. 66 v. 2.

Mortif.

procurrenti, Domine Christophore, inquit, si ego sanctus essem tu quoque sanus fores. Sed flecte genua. Inde super flectentis caput Euangelium recitavit, & malum cruce signavit; quod intra quartum ferè diem disculsum abscellit, nullo post se relicto vestigio. Alius ait sibi dictum à P. Iulio: *Ego pro re quam mihi commendare cogitabas, sacrificabo.* Et verò hoc ipsum aiebat ille se à P. Iulio ut pereret designasse. Anno 1632. 18. Ian. missæ sacrificium offerenti corporalia sanguine repentinò tingi sunt visa; id quod etiam is qui sacro ministrabat vidit, & alij plures. Idem in sacrario introsipientibus visum: prostridie nulla in ijs sanguinis nota comparuit. Dixit Iulius; id vel magnæ cladis, vel suæ necis esse indicium, & velut anticipationem. Euentus 1. Februarij secutus: quo die quidam apostata, collectâ barbarorum manu, in domum Patrum irruit; dicens; velle se, ac suos ciues frui voluptatibus quas è lege Christi tam ipse Iulius, quàm P. Emmanuel Martinez prohiberent. Domui ignis circumpositus. Patres rosarijs manus armant; atque iam antea intus inuicem expiati, prodeunt, & humi prouoluuntur ad preces; ac venenato illirarû sagittarum imbri à barbaris obruuntur, dum IESVM, & MARIAM pronunciant. Canes obiecta sibi eorum cadauera ne quidem attingere. Barbari calices orgijs adhibent, sacrificale instrumentum omne diripiunt. Scheda sanguine P. Iulij exarata reperta est post eius obitum, in qua Sacramenti religione se obstringebat ad sanguinem pro Deo fundendum, si id posset. Nomen Iulij è literis ab illo perscriptis decerprum; permultis, nec rarè, saluti fuisse affirmant: quos inter est miles arcis Monteclaros, eo admoto è febribus, & dolore capitis quantum per sanatus.

Sacrum.

Fides.

Rosarium.

Amor Dei.

P. EMMANUEL MARTINEZ.

Nobili genere in Algarbijs natus, Beatissimæ Virginis ope occasiones lubricas, & vnam potissimum difficiliorum, incontaminatus euasit. Anno 1632. in Ianuario P. Iulio Pasquali adiunctus, dum ad Cinaloas iret, dixit; primum qui de se venturus esset nuncium fore baiulum suæ mortis; id quod ita euenit. Dixit etiam; P. Iulium fidei odio non prius se mortis socio perimendum. Quotidie in se per diu sæuebat verbere iam consueto; DEI Matrem studiosè colebat; rosario illius è collo in pectus sub veste pendente semper munitus. Cinaloq̃ tanta de illo inter socios opinio, ut planè, contra quàm fieri amer, nostri vestem illius ac pedes exoscularentur. Elucebat in illo innocens charitas erga Deum; & proximum. B. Virginis officium, rosarium, aliud item de Immaculata Conceptione officium, quotidie recitabat: Sabbatum ieiunio, tergendis in culina lancibus, eiusdem festa verò etiam inflicis dorso verberibus pridie in triclinio, celebrabat. Cum studeret necdum Sacerdos, bis quothebdomadis ad Angelorum epulâ accedebat, duas horas dans gratijs inter dulces lachrymas peragendis. Extremò, cum P. Iulio (ita ut prædixerat) sagittis venenatis confixus est, quarum prima statim brachium illius corpori affixit; reliquæ illum penitus confecere.

P. HENRICVS MORS.

Societatem Romæ impetratam, in Anglia ingressus, tyrocinium in carcere

Lusitanus
ibidem. 2.
Febr. 1632.
ætat. 52.
Soc. 12.
B. V.
Prædicationes.

Mortif.

Rosarium.
B. V.Cultus
Deiparæ.

Euchar.

Anglus
Londini. 1.
Febr. 1645.
Soc. 20.

Fides.

B. V.
Zelus.Hispa
Lima
Febr.

carcere Neocastri posuit triennio, statim captus atque istuc appulsus est. Ibi quidam de Societate illi socius carceris fuit, magisterque virtutis. *Fides.* Ærumnæ carceris effecere, ut mors non minus in grandi macie quâ torridus rigeat, quàm in illius nomine reluceret. Aiunt, vix vllum reorum ex illo carcere ductum fuisse ad mortem, quem Henricus non prius addiderit Catholicæ veritati. In exilium amandatus, in Vvatenensi domo vixit inter Nouitios; quorum deinde magistrum egit, magno disciplinæ studio, quia pari exemplo. Non vnâ amandatione à patria exulauit. Vltimum tandem eò redux, de Sacerdotio damnatus est. Mirus ad moriturum affluxus: & ipse vltimis viribus satagebat pro salute consulentium, contentiumque peccata. Post noctem insomnem, 1. Februarij horâ 4. manè sacris vltimum operaturus, pro Anglia consueta B. V. Lauretanæ, ac Sanctorum omnium Litanias recitauit. Ab his, de SSS. TRINITATE sacrificauit, votiuo sacro; ut gratias ei redderet pro morte quam adibat. Mox horæ canonicæ dictæ, ac vale socijs; à quibus in secreto cubiculo cum alio de Societate se abdens, totâ quantâ potuit virium contentione se in no-

bilissimos virtutum excelsarum actus pectore liberè in Deum exporrecto explicuit, vsque dum felici nuncio accerferetur ad mortem. quo accepto, exquisitis verbis gratias Deo teneras reddidit, seque obtulit in victimam. Altero Patre, ut in IESV, MARIÆ, ac Sanctorum omnium expectantium amplexus porrò iret perquisitè hortante, exarsit, succlamauitque flagranter Henricus: *Mortis apparatus.* *Veni, mi IESV dulcissime! ut deuinctus tibi, à te nulla aternitate auellar! Venite, vincula, crates, tormenta, laniena mortis. venite! IESV amore placetis.* Ita Mors mortem optauit ut superaret. Raptatus ad suspendium, egregiè ad populum perorauit. Deinde versâ ad SSS. Trinitatem oratione, actus amoris Dei, & contritionis conceptis verbis, edidit. Particulatim se de irâ, & de attentionis in precibus negligentia in eo doloris actu accusauit in palam: postremò; *Confessio.* *In manus tuas Domine, commendo spiritum meum meum;* dixit: pectus in signum animi de peccatis dolentis percussit, simulque ex mutua pactione à Sacerdote turbæ permisso à peccatis absolutus, simul subducto carro pependit, & mox quadrifariam in partes carnificatus est.

II. DIE FEBRVARII.

P. IOANNES DE ZUNNIGA.

*Hispanus
Lima, 2.
Febr. 1577.* **C**ompluti inter studendum vnâ cum Ioanne Sebastiano admirabile perfecti Scholastici exemplar fuit. Anno 1569. in Peru appulsus, necdum Sacerdos Limano Collegio præfuit Rector. Æstimabat omnes, & mirè ab omnibus æstimabatur.

Sed ne in corpus licet virginitatis honore integrum, æquo inclementius desæuieret, eguit rectione. In dicendo vis in illo efficacitatis planè de celo data. Quidam alapâ percussus à quopiam, cum vsque in Peru ex Hispaniâ fugientem secutus est; ut eius morte alapæ illius ignominiam extingueret. *Concio.* Hic P. Ioannis acerrimâ dictione adeò subactus est, ut ad reperti tandem eius quem quærebat, hominis pedes acci-

H 3 derit,

derit, veniam petens ac dans. Oratio illi pro lectionis arte fuit. Supremum ægrum & de recreata valetudine, adeoque de morte dilatâ mœstum inuit, & solata est ea, quæ illi assiduo in amore & cultu fuit Deipara: promisitque fore, vt proximo sibi sacro festo die abiret è vita. Ita factum 2. Febr. 1577. Ioanne hymnos pro supremo carmine concinentè. P. Ioannes Sebastianus eius cranium postea in cubiculo præ oculis habere semper voluit; vt se ad virtutis decus egregium excitaret exemplo adeò singulari. Tanti fiebat, vt per 40. dies, quibus æger decubuit, per omnia Limæ cœnobîa pro eo in vita retinendo varijs quâ precibus, quâ corporis afflictationibus fuerit supplicatum.

AVGVSTINVS PETRA-SANCTA COADIUT.

Italos Limæ
2. Febr.
1587.
ætat. 84.
Silentium.

Humilitas.

Indefatigabilis.

Mentis excessus.

Sanctimonix nomine Roma primum deinde in Peru clarus. Fouendo dulcissimo igni amoris Dei, veluti cinerem, silentium constans, & ferè pertinax adhibebat; parcè admodum circumspèctèque locutus, vbi necessitas id extorsisset; cum autem necessitas non erat, nihil. Pistoris perfundus officio, si quid in pane laudaretur, Aethiopiibus qui vnà laborabant, si quid vitij notaretur, suæ ignariæ adscribebat. Mox adhuc ita vt erat fesus à massa, & furno, ad P. Ministrum adibat, petitum nunquid laboris haberet, quod peragi vellent, faciebaturque perlibenter, quidquid iuberet. Tum se ad SS. Sacramentum recipiebat oratum. Non semel sensuum fuit impos inter cœlestia quæ pati videbatur, dulci mentis excessu: maximè diebus festis; & sæpè noctu, cum pistor esset. Nec aliàs delicias, aut quidquid sui amorem saperet admittebat. Cili-

cium, & disciplina quotidie illi in familiari vsu: somnus breuis admodum: reliqua noctis labor & oratio obtinebat. Laborem psalmis & Dei amore condiebat. Semel quot mensibus in triclinio se de omnibus, quæ in leges peccasset accusans, inclementer se verberabat. Quotidie verò Rectorem adibat: & quidquid ea die à se aberratum conscientia exploratâ reperisset ei aperiebat; veniam, rectionem lachrymis vbertim manantibus, postulabat. Fama illius sanctimonix latè porrigebatur. Moriturus, ex tractatu Ioannis Auilæ de amore Dei aliquid sibi legi voluit, & in cœlesti æstu totus à se abripi videbatur. Per 12. horas immotus iacuit, & requieuit in pace. Laborum illius præmium fuerit, quòd repertum post aliquot annos in crypta eius cadauer, manus planè integras habuerit, nempe quibus fidelis & pius hic Dei seruus tam sanctè laborarat. Digitum non nemo è viris pijs ac sapientibus auulsi & argento inclusum veneratus, secum circumtulit.

P. PHILIPPVS CUPPONAGVS.

Hunc in diem referunt etiam huius obitum quidam, licet Annuæ diem omiserint. quæ visum quoddam mirabile de illo sic referunt: Eius obitum dicitur Deus piæ cuidam mulieri, cui ille erat à Confessionibus, præmonstrasse. Fundebat pro eo illa preces, antequam Missionis obiret munus, cum arborem intuetur, in magnam altitudinem expansis ramis excrescere, è quibus flores, fructusque vberissimi: statim mortuo trunco rigentibus folijs exarescere; sed egreslam ex eo columbam miri candoris in cælum euolare. In missionibus laborauit enixè, alicubi maiore labore quàm fructu,

Mortificatio

Ratio conscientia vespèri.

Mors. Lectio spiritus.

Ob labores. Manus incorrupta.

Italos Aro-næ. 2. Febr. 1588. ætat. 61.

Mors.

Arbor, flores, fructus.

Columba.

fructu, alibi verò messe laborum granditati optabiliter respondente, ac propè superante.

nuæ, & in morbo, & antequam in morbum incideret, quotidie bis Confiteri ei solenne esset.

*Confessio
quotid.*

P. HIERONYMVS
RVIZ DE PORTILLO.

P. BALTHASAR
BARREIRA.

*Hispanus
Luz. 2.
Febr. 1592.
ætat. 71.*

E formato Coadiutore factus quatuor votorū Professus. Generalis Præpositi iussu; vt primus Peruanae Prouinciæ præfesset, quam fundarar. In Peruana illa navigatione tempestatem quassantem omnia, immersâ in mare sanctissimæ Crucis particulâ sedauit. In terram è naui cum descendere, spectante magna mortalium vi, terra contremuit, quasi energumena, sed à dæmone liberanda. Vox eius ad concionem dicentis & spiritus erat veluti tuba Angelica. Efficacitas ab orandi seque mirè vbique demittendi assiduitate mirabilis. Hic est ille, qui B.P. Borgiam orantem vidit splendore cælesti vnde quaque circumdatum. Ipsum verò lata conuersarum animarum messe diuitem, & morti iam proximum ea quam studiosè diligenterque semper coluerat Dei Mater in in Cælestium Virginum comitatu amanter inuisit, & ad supremum æternitatis iter apparatus ac hilarè ineundum ipso suæ Purificationis sacro die veluti Simeonem accinxit.

*L. Cruz.
Terra motus.*

Concio.

*B. Borgia.
Oratio.*

B. V.

Mors.

P. ALPHONSVS
GVILLERMVS.

*Italus. Oro-
pese. 2. Febr.
1594.*

Oropese obiit Mexicanæ Prouinciæ Procurator, magnâ latitiâ gestiens quòd in Societate moreretur. Ne ab Anglis piratis in mari caperetur, aiebat se Maternæ Virginis Matris pietati debere. Purificationis Marianæ die decessit, Confessione generali prius expiatus, cum, vt aiunt An-

B. V.

Gvineensis Missionis ferè author fuit, cetè columna princeps. Orandi ad Deum & homines potens. Anno 1585. Paulo Diaz non nisi 150. Lusitanis, paucisque Aethiopum manipulis stipato, infinitâ Angolanorum vi iam imminente, Deum præsentem propitiumque pollicitus, illis potenti dictione animatis, in tabernaculum se abdidit, & supplex proiectus in genua Deum precatus & nouus Moyses. *Etenim eo vel intentus in orationem defixo (verba nunc sunt Annuarum) vel animum remittente ab eadem idem modo victoria, modo cladis euentus Lusitanis incidabat. Vt proinde tunc Lusitani illi, & pauci Aethiopes, duodecies centena millia Angolanorum profigarint. Inde à Philippo II. accitus & honoratus multa impetrauit, pro earum gentium salute, idonea, Alius Barreiræ consilio minimè obsecutus, cum fortissimis Lusitanorum à barbaris prælio cæsus occubuit. Eboræ Patribus persuasit lachrymis, ne Guineensis, ardua licet nostris, Missio tolleretur, in qua ille annos 14. laborarat. Ipse iam 70. annos natus eò cum alijs mitti obtinuit. Regem Toræ 130. annorum, sed senectâ viridi senem, Christo intiauit, & per illum apud Regulos alios rem Christianam egit. Omitto hic tantisper eius vaticinationem, & quò vel illum alij, vel ille alios viuus & mortuus amore ac beneficentiâ sit profecutus.*

*Lusitanus.
In Missione
Guineensi.
2. Febr. 1632.
Oratio.*

*Moyses no-
uus.
Oratio.*

*Lusit pag.
71.*

*Conuersio
Regis.*

P. ANNAS

P. ANNAS DE
NOVE.

Gallus in
noua Fran-
cia 2. Febr.
1646.
ætat. 66.
Soc. 56.
Mort.

B.V.

Castit.

Charitas.

Obed.

Anno 1646. 30. Ian. è Residentia Atrium Fluminum ad Gallicam quandam nouę Franciæ munitionem, vt istic sacris operaretur profectus, in sylua horrida, in niuibus frigoris sæuitiã obriguit 2. Febr. repertus submissis humi genibus, aperto capite, oculis in cælum erectis, manibus pectori crucis in modum impositis, nonnihil ad niues acclinatus. Frigus istic tam immane, vt manus ferro admotæ illis adhærescant. Deiparæ Virgini Matri perpetuo Sabbati ieiunio, dulcissimis de illa colloquijs, quotidiano Immaculatæ Conceptionis officio recitato insignitè addictus. Pulchra illi, & nobilitate illius digna oris casti species: Virginitas non semel tentata à proteruis ante initam Societatem, semper tamen ad mortem vsque serua- ta, id est, in sæculo per annos 30. in Societate per annos 36 In ea Missione 16. annis versatus, difficilis erat memoria ad linguas barbaras condiscendas. Demulcebat illos obsequijs, & quæstis per summum laborem inter ardua montium radicibus, quas illis dabat in maxima caritate annonæ fame omnia & mœrore complentis. Obedientiæ sanctitatem adeo venerabundus coluit, vt aliquando, id ætatis vir, vbertim instar paruuli lachrymari sit visus, quod putaret se in re quapiam mentem obedientiæ minimè affecturum.

P. HIERONYMVS
ANSALDVS.

Sardus Ro-
mæ. 2. Febr.
1651.

Sardinia Prouinciæ Præpositus Romam ad generale Comitium desti-

natus, in domo Professâ felicem diem clausit. Aiunt illum etiam puerum ægrè ad mensam ab orando auocatum. Toto tyrocinijs tempore nunquam silentij legem violauit, maturè sui victoriã poritus. Inter studendum cõstare de se voluit, se nullius humani respectus obtentu quidquam agere velle, vel omittere; & velle, vel tacere, vel vbi loqui licet, non nisi de studijs, aut animi ad virtutem promouendi vtilitatibus loqui. Idem illi cum Philosophiam, Theologiamque doceret, cum Rector vel Prouincialis socios gubernaret, agendi tenor. Humilitatis votum Sacramento concepit, promisitque se nullam rectionem velle admittere, quin Prouinciali & Præposito rationes contra serid perferberet; id quod & præstitit: & Mutio Virellesco vt ad Prouincialatum iam illi impositum admittendum ne compellaretur persuasit. Debitum quoddam vrgente iniquo quopiam, cum soluendo non esset, nec ille moras pati vellet, flagranter ad orandum se cõtulit: & diuinitus intellexit, velut voce auditâ, ne se torqueret, rationum libris introspectis respecturum illa, quæ exigerentur nomina, deleta iam esse. Atque ita reperit lætus & gratus Deo. Diuinæ voluntatis vbi- que faciendæ studio accensus est è lectione quadam spiritali, in qua exemplo P. Gregorij Lopez didicit quauis quasi respiratione dicere: fiat voluntas tua. Sæpe inter orandum se in conspectu orantium Nouitiorum suorum, quibus præerat, primus collocabat immotus, & exemplo docens. Inter sacrificandum eleuari visus, & nubes lucida super illum descendens conspecta est, in qua Christus cor suum aperto P. Hieronymi Ansaldi. Pectori inferere videbatur. Dicitur Beatissima Virgo illi diferrè nunciasse, vt ne tam parcus esset ac verecundus

Respectus
humanus.

Silentium.

Humilitas.

Oratio.

Taculatio.

Oratio.

Cor Iesu.

B.V.

dus

aus in petendo. Sed fidentior, plura
deinceps postulare auderet.

M. NICOLAUS
HAGAIS.

Gallus Mo-
linis. 2. Febr.
1615.

Molinis Grammaticæ præceptis
instituebat iuuentutem. reli-

giosi planè ingenij iuuenis Hic est ille,
quem de Societate ineunda delibe-
rantem ac timentem, ne esset parum
idoneus, Beatissima Virgo adspecta-
bilis illi facta, solata est, & S.P. Igna-
tio commendans auxilium illi suum
promisit semper adfore in vita, & in
extrema vita.

B. V.
Vocatio.
S. P. Ignat.

III. DIE FEBRVARII.

P. LUDOVICVS
QUIROS.

Lustrans
in Florida.
3. Febr. 1671.

Uti ad salutis mysteria Floridani,
libenter quidem audiebâr quàm
impensè amaret, ac beneficijs or-
naret, bonos Deus; ac de supplicijs æ-
ternis nihil ad aures admittebant, dæ-
monem iuuenum Deum esse dicentes.
Hos dum quâ potest excolit Ludoui-
cus cum socijs, & Ludouicum quen-
dam perfidum Neophytum à perfidia
conatur ad Christi sacra reducere; ab
eodem bona verba accipit, quippe
qui se omnino rediturum promitte-
bat. Eâ spe hilaris reuertebatur P. Lu-
douicus: & ecce collecto barbarorum
globo Ludouicus apostata illum per
iter aggressus, eius cor sagittâ trans-
fixit.

Deus in-
uenit apud
Floridanos.

Fides:

Cer.

IOANNES BAPTISTA
MENDEZ ET GABRIEL
DE SOLIS NOVIT.

Ibid. eodem
die.

HI sacris necdum initiati cum P.
Ludouico Neophytum aposta-
tam ad frugem conati reducere, ab eo
optima omnia promittente reduces,
cum ille P. Ludouicum perimeret, ab
eius socijs crucidati sunt, posttridie

post festum Purificationis Virginis
Matris. Hunc Ludouicum, Cacicham
vocat Catalogus. aitque illum insulæ
Floridæ principem fuisse, baptismum
simulatè in Hispania suscepisse; ac se
ducem Patribus obtulisse.

IOANNES PETRVS
DIVITIA, COAD.

Labore utilis; atque assiduitate &
Lorandi studio insignis. Obtentâ à
Maioribus veniâ, horam quæ recrea-
tionis est à mensa siue colloquij, ipse
agebat ad Sanctissimi Sacramenti
aram in gradibus pronolurus. Ter illi
quothebdomadis ad S. Synaxim ad-
cundi facta est potestas. Quotquot in
triclinio legi pro more audiebat No-
stros vbiunque mortuos recitari, sin-
gulos adnotabat. & pro singulis DEI-
PARÆ coronam ter perfoluebat. Nul-
lum frigus illum adigere potuit vt ad
ignem accederet, vel vt calcitram
luteaminaque ad somnum admitte-
ret. Ieiunia propuè ad inediam crebra
habebat, & quando comedebat,
non nisi vnico cibi genere vesce-
batur.

Italus, Per-
rariæ 3.
Febr. 1907.
ætat 72.
Eucharist.

Purgat.
B. 71.

Mortif.

IOSEPH BRACCVS
COADIUT.

Tealvs No-
uillariæ. 3.
Febr. 1620.
ætat. 57.

Humilitas.

Mortific.

NOuellariæ semper ferè socius
Magistri Nouitiorum. Omnium
quas in Coadiutoribus desideramus
virtutum vir. Familia illi honesta &
locuples; officia antè inritam Societa-
tem honorifica, vtpote qui Comitum
Rangoniorum Mutinæ, vt vocant
Magister domus, & Cardinali à cubi-
culis fuerit: & tamen in Societate se
infra omnes, etiam Coadiutores, ha-
bebat, nullo pilei quadrati vsu admis-
so, & veste è tela tectus, tametsi do-
miciliorum Regiensis & Nouellarien-
sis eximius benefactor. Quothebdo-
madis bis se verberibus, bis cilicio,

ter ieiunio affligebat Relaxationis
rempus omne dabat laboribus. Virtute-
tem, quam Indifferentiam dicimus,
perebat a Deo quotidie: sine hac aiebat
religionis paradisum esse infernū. Aie-
bat Dei vocem in Superioribus agno-
scendam, qua tanquam per fistulas
lignas ad nostras aures descendit per
officiales; per Rectores, tanquam per
fistulas argenteas; per Prouinciales,
tanquam per aureas; per Generalem;
tanquam per fistulam auream gemmis
distinctam. Singulis horis quiddam
orationis dicebat, quâ opinabatur
vnam in Purgatorio animam liberari.
Omnes morbi supremi dolores iisdem
animabus dono dedit. Vnde lætus su-
stinuit, quidquid sentiebat ab igne
sacro, quo tota illi pellis per omne
corpus exusta est.

Oratio.

Obed.

Dei vox per
Superiores
sonat.

Sing. horis
Oratio.
Purgat.

Morbus.

IV. DIE FEBRVARIIL.

IVLIANVS FLANDER.
COADIUTOR.

Belga Pa-
normi. 4.
Febr. 1550.
Aula.
num. 6.

Charitas.

AB ipso S. P. Ignatio ad Societa-
tem admissus, in Sicilia vulgo
Beati nomen intulit, vitæ san-
ctimoniâ in aula omnibus amabilis.
Illud memorabile de illo refert Or-
landinus. Consultum, inquit, à laico
Eratre Iuliano Flandro publicæ cu-
stodiæ. Qui cum ægrosos vinctos
animaduerteteret squalore situque car-
ceris extremum vitæ discrimen ad-
ire, cubicula quædam separatim, quò
illi transferri curarique possent, ex-
truenda curauit.

P. MARCELLINVS
BOMPAR.

Mltâ, & magnâ virtute, con-
stanter domi ad singulos legum
apices diligenter expensas vigil, & in
corpus inclementer seuerus, ac ad om-
nem obedientiæ nutum persanctè in-
tentus. Extremum spiritum ijs, qui
à pestifero morbo ægrobatant militi-
bus impendit, & obiit.

Gallus An-
cij 4 Febr.
1623. æt. 67.
Soc. 8.
Mortif.

Charitas.

P. MATTHÆVS
CYBERVS.

Hic Augustæ adolescenti, cum
æger decumberet per quietem ap-
paruit Dei Mater, & conualesces, ait,
fili; per te multa bona Filius meus ope-
rabitur. Societatem ingressus, Pa-
trem suum hæreticum, ac fratres
Ger-

Germanus
in Refid.
Valcensi 4.
Febr. 1646.
B. V. agrum
solatur.

Fidel.

Germanos tres, & pagorum deinde integrorum partem insignem veræ Christi Ecclesiæ adiunxit. Magna in illo humilitas, pulcherrimæ ad cælestes operarum spiritualium labores impigritati coniuncta; Virginitas verò ad mortem vsque perpetua: & mortis felix, ac eo die obita, quem ipse nominatim prædixerat. Ita vixit, vt verè DEIPARÆ prædictionem vnde quaque impleuerit.

Castitas.

P. AVGVSTINVS
DE ESPINOSA.

Hispanus
Ezyx. 4.
Febr. 16:8.
xat. 45.
Soc. 12.
Vocatio.
Mortif.

Res fratres habuit in Societate, viros magnæ virtutis. Ad tyrocinium eunti obuius dæmon in specie fororis miserè plorantis, & reditum suadentis apparuit, cum soror domi esset: at Augustino tacente, ac porò pergente, tandem euanuit. Habebat arculam plenam flagris cilicijsque assiduo vsu attritis, quæ vel videntibus horrorem mouebant. Verbera, quibus se contundebat, illi erant quotidiana, vsque ad sanguinem, quem stellulæ carenulæque è carne lacerâ affluenter eliciebant, vsque ad animi deliquum quo humi collabebatur postea quàm sibi duos, sæpè tria & amplius, ictuum millia infixisset; nocte feriæ quintæ sanctioris hebdomadæ, etiam quinque millia, idque bis, teruè, aut quater. Crucifixus illi assiduè præ oculis: cuius amore cruci affigi optabat. Et si quem fidentiore nancisceretur, iubebat sibi eam pelliculæ partem, quæ indicem inter pollicemque intreriacet, clavis in vtraque manu configi: arque ita crucifixum imitabatur quâ poterat. Alapis ab eo se cædi, funibus ligari, appendi, brachia capillosque sibi velli, plantas, tibias, dorsum concidi, os conculcari iubebat. Amarissimum quoddam herbæ

genus ori ingerebat, vt fel Christi gustaret. Omitto singula, dira cruenta, varia, eoque admirationem potius quàm imitationem commerita. Miror cum (vt sic dicam) carnifices reperisse, qui cum tam inusitatis modis cruciarent. Expansis in crucem manibus orabat manè, vsque dum fessa illi brachia conciderent. IESV nomen inussit pectori; & alias notas reliquo corpori: indices seruitutis IESV, & MARIÆ. Non minore se infra omnes demittendi ingenio ac industriâ vtebatur. Quicquid noxæ in se aduertisset, cui-dam aperiebat; & ab illo coargui, pœnisque inflictis plecti petebat. Humi prostratus in cubiculo Nouitium ad id delectum iubebat pedi ori iacentis superimposito, è charta exprobrare illa quæ ipse de se adnotarat. Rogabat Superiores, vt palàm affligeretur, ac difficilibus imperijs exerceretur. Illustrium capitum consortionem fugiebat: neque offendeantur summi quique cum non veniret, etiam sapius vocatus. Cuidam præ illius desiderio obortæ sunt lachrymæ; quæ tamen dicebat se illum eò pluris facere ac magis desiderare quò ipse aulas horeret magis. Eorum à quibus consulebatur animos perfecte ac persanctè tractabat arte amabili, & libros legendos appositè præscribebat: quâ industriâ familias integras ad virtutem egregiam deducebat. Pro ijs quorum animas gubernabat, orabat, seque, multifariam afflictabat coram Deo; vt pro illis optima quæque obtineret. Multa prædixit quæ ipso euentu affirmavit Deus. Singulis diebus Sabbati Xenodochium visebat, & ægros breui conciunculâ solabatur, sanis quoque permultis eò secum adductis. Cum Cordubam fuisset missus, fœmina insigni virtute celebris Christum impensè rogabat vt illū Ezyam reduceret, magno animæ suæ com-

Oratio.
Manè.

Humilitat.

Lectio.

Sabbato.

modo. Ita oranti visus est coram Christi throno supplex P. Augustinus noster, Christo dicente ad sœminam: Veniet, & per annos istic erit: sed tu modicum illo gaudebis. Venies enim ad me breui. Venit Ezyam Augustinus: & illa intra trimestre migravit è vita. Et in missionibus, & domi in alijs accendendis torus erat viua flamma diuina amoris, sacrarum literarum testimonijs ad rem aptè adductis. Adolescentem in vocatione vacillantem cum in suo conclauis nequicquam ad constantiam hortatus fuisset, Xaueriano exemplo permouit; neque prius in dorsum suum sœuire desijt, quàm ille asseueranter constantiam promississet. Quam & seruauit. Cum noctu in oedeo, facultate à P. Rectore acceptâ oraret, vidit quendam de Societate Sacerdotem, nuper mortuum, coram SS. Sacramento ad Summum altare profundè inclinatum, & alta ducentem suspiria. Alius quidam externus illi ante mortem confessus, & ante dies aliquot sepultus, illum in cubiculo adiit, secum (permittente id cœscio superiore) in silentio abduxit, & reduxit, ei que aurum dedit vnâ cum charta in qua scripta erant nomina creditorum quibus mortuus ille aliquid debebat. Aiebat, velle Deum, vt Pater eis qui istic notati essent tantum auri penderet quantum istic scriptum esset; reliquum verò in alia opera pia expenderet, prout ei optimum videretur. Dixit; & videri desijt. Eadem nocte P. Augustinus Rectorem orantem adiit, & omnibus ritè narratis, probante illo, postredie omnia est

executus. Interea tamen dum Pater cum defuncto illo domo abesset, Rector socijs coram aperto SS. Sacramenti tabernaculo preces pro successu rei tam miræ indixit. Rebus expeditis, defunctus ille post octo dies ad conclauem P. Augustini redijt: Gratiarum egit quòd ad amissim omnia sit executus, & sacrificia obtulerit. Horum vi se à Purgatorij supplicio absolutum abire ad Beatos in cœlo. Ibi se illum Deo seridè commendaturum. Et abiit. Orabat P. Augustinus sine intermissione; ac singulis horis omnia prospera & aduersa diuinæ prouidentie offerrebat, diuinæ voluntati suam vnde quaque submittens, semperque contentus, & ad Deum vbique presentem attentus. Cum oculos haberet ægerimos, & Medicus diceret, fore vt oculorum lumen planè perderet si foras domo exiret; à superiore foras missus, id quod erat dixit, sed adiecit se ire paratum, si porrò ita vellent superior. Eo ita volente prodijt, & cæcus domum reuertit; lætus quòd lucis huius vsu ex occasione obedientie amisisset. Ita extremo vitæ triennio cæcus, & multis alijs morbis obnoxius, at semper lætus, vixit. Voto ad Deum in S. Xauerij honorem concepto mori potius petijt quàm sanari, si Deus ita vellent. Intellexit se esse exauditum; idque alijs dixit, vno post votum mense extinctus. Toto illo mense in vicinam ac præuisam, optatamque mortem erat intentus; fuitque post mortem quoque maximis laudibus tum domi, tum foris celebratus.

*Charitas.**Purgator.
Euchar.**Disce à
mortuis.**Euchar.**Oratio.
Hora.**Obed.
cæca.**Cæcus.**Mors.*

V. DIE FEBRVARI.

P. PAVLVS
VALLIVS.

Amita sibi cum videre visa est, quasi concionaturum mirâ quadam vultus modestissimi maiestate.

Punicali s.
Febr. 1552.

Hic etiam ad deuexam vsque ætatem Indiæ Orientalis impiger operarius fuit, quem Xauerius insigni perfectione & virtute virum appellabat. Hunc de Christo ac fide pro concione dicentem Bagadæ circumfusi post contumelias ac probra comprehensum interiorum in plagam, adeoque in custodiam abductum, inediâ diu vexauere, modico orizæ & aquâ illi appositis, quo vitam vtrunque traheret ad ærumnas. Ita squalore ac demum morte istuc absumptus est.

Fides.

Carcer.

GREGORIVS
CABEDUS.Italus apud
Fanum Feb.
5. vel 8. 1557.

Hunc in diem refertur mors Herculis olim, postea mutato profano in Societate nomine, Gregorij Cabedi, pij admodum, & virtute solidâ insignitè præditi adolescentis, nuper in Societatem admissi, postquam semel à primâ Christum in Societate sequendi flagrantia elanguerat sed eò flagrantius postea exarserat ad nuncium remittendû mundo fallaciter vbique insidiosus. Româ Perusianam, inde Laurêtum, mox Ferrariam ad natalem auram yalerudinis curandæ gratiâ missus, in itinere ad Fanum expirauit. Iulius Cabedus eius Pater æger Mutinæ diuinis meditandis intentus, videre sibi visus est suum Gregorium inexplicabili cû lætitia in cælum ferri. & eius mors post dies aliquot nunciata. Ferrariæ quoque illius

In calum
ferri visus.

Tres Sancti Martyres

PAVLVS, IOANNES,
ET IACOBVS.

PAVLVS MICH Scholasticus nobili apud Iapanios domo natus, in Seminario Gregoriano literaturâ à nostris excultus, & Scholasticorum classi in Societate adscriptus, concionandi facundiâ, & felicitate floruit magno fructu.

Iapones
Nangasachi.
5. Febr. 1597.

IOANNES DE GOTO adolescens 19. annos natus, & ipse inter Scholasticos referendus; & Iacobus Kisy Coadiutor, erudiendis catechesi rudibus adcti, atque in Societatem recepti, ac Ozacæ breui, vnâ cum Paulo, custodia circumscripti, cum latam in se crucis sententiam accepissent, læti exclamauere: *Benedictus sit Dominus noster IESVS, qui nos elegit è tot alijs ad comoriendum sibi in sancta cruce.* Et Paulus, *Triginta tres, ait, atatis annos natus dedisti vitam tuam pro me in mortem, ô bone Iesu! Ecce ego totidem annos numero, dum pro te subeo mortem crucis.* Meacum ductis, sinistra auriculæ pars abscissa, tam his quàm ijs, qui vnâ captiui tenebantur è disciplina S. Francisci, ac alijs Christianis, omnium numerus erat 24. quibus duo Adacti postmodum accessere. Ibi alij alijs curribus impositi, præfixa in tabulâ sententiâ, quæ dicebat; hos crucis damnatos, eò quòd, contra Iaponum Imperatoris legem, Christi legem sint amplexi, eamque alijs prædicari.

Desid. pa-
tiendi.Auricula
abscissa.

Fides.

dicarint. Ita per Plateas in custodiam vecti cum illa epigraphe.

Iacobus Kisay Christo crucifixo mirificè addictus, & iam 64 annos natus, incredibile est quanta dederit signa lætitiæ, quòd se Christi crucis videret esse participem. *Paulus Michi* in carcere de fide, ac Martyrij gloria ita dixit, vt duo qui cum audiebant Iaponij se Christo nomen dare velle receperint. Iumentis impositi, & alligati, 27. dierum itinere per summum frigus Nangafachum perducti sunt. Flebat ubertim Pauli veteris amici sortem, tyranni germanus; at mortem pro fide Christi obeundam aiebat Paulus esse sibi vitis omnibus chariorem. De cruce iam sublimis, veniam à Deo precatus omnibus, flagrantè ad suos ciues dixit.

Postea *Ioannes de Soan*, seu *de Gotho* floridus adolescens, præsentì suo Patri, ac martyris filij cruore asperso, Beatissimæ Virginis coronam precariam, quâ vsus fuerat, donauit, & in cruce sublatum est. Post hunc denique *Iacobus Coadiutor*. Tum coortâ Christianorum circum in genua abiectorum comploratione, barbarorum admiratione, *IESVS MARIA* conclamatum est, cum martyrum latera configerentur hastis à latere altero per cor ad latus aliud penetrantibus; Iapone hinc alio per sinistrum, inde alio in dextrum latus martyris hastam cum impetu adigente. *Vrbani VIII.* hos vnâ cum socijs Sanctorum Martyrum Catalogo ritè adscripsit anno 1627. 10. Iulij. Non desunt qui affirmant, primâ post eorum agonem sextâ feriâ per noctem conspectos esse in cælo, ad eam partem quâ pendebant Martyres, tres ingentes radios, ac velut igneas columnas; earum columnarum mediam cum duabus horis fulsisset, supra templum Societatis Iesu constituisse, ac videri desisse; noctem claram lu-

xisse; in eo loco in quem ea columna visa fuit subsidere, multas scintillas conspectas stellis consimiles; per longum temporis spatium sexta quauis feriâ supra campum martyrij multas apparuisse stellas, candelarum instar, quæ ad ritum quendam supplicationum motæ, ad locum, qui *Eremus DEIPARÆ* dicitur, ferebantur. Alia non lubet his addere, quæ à nonnullis dubiæ fidei esse censentur. Videri potest *Bollandus* 5. Febr. vbi huius martyrij velut prænunciæ repertæ cruces. In *Obama* vico, anno 1589. Dec. in tara arboris (quam sacram ibi vocant, putantque contra malignos spiritus vim habere) trunco fisso, in vtraque parte, crux reperta: *Protasio* Regi dictum per quietem à duobus de cælo venientibus; breui in eius terris signum *IESV* non manufactum detectum iri. In *Facunda* vico, anno 1592. 7. Febr. in orto, in arboris, securi atque cuneo fissa, frustis, seu lignis, nigra cruce aptè formata conspectæ, geminis singula brachijs, pede, tituloque insignes. *S. Iacobus Quisay* ne dilecti sui Crucifixi obliuisceretur, totam patientis Iesu historiam secum in libello descriptam gestabat continuò, eamque legebat quotidie; vt de illo refert *P. Ioannes Nieremberg* de adoratione in spiritu lib. 2. cap. 5. vbi etiam de splendore sextâ quauis feriâ conspecto super locum martyrij.

VALENTINVS SANIER COADIUT.

Dignus quem vel sanctum illud, quo celebrabatur, otij odium, & se affligendi, ac Orandi studium memoriæ omnium, & Coadiutorum imitationi commendet. Verum illud illi si non cum omnibus, certè cum non paucis est commune. Istud singularis;

Cruces in arboribus.

Lectio spiritus.

Radij caler
fer
Feria 6.

Callus Rothomagi.
Febr. 608.
ætat. 64.

Nomen Dei.

gulare; quod cum illi paralyfis & vires, & omnem propè sui etiam nominis memoriam pessumdedisset; ad vnus tamen DEI nomen, ex alto illo velut somno, in quo defectus sensibus iacebat, experrectum, & si vel modicum respiraret, de Deo aliquid moliri conatum viderint nostri, non sine grata omnibus admiratione. Aded Dei magis, quam sui memor vixit.

Morbus.

P. GEORGIVS VONDERAU.

Præteritus

Vilnæ. 5.

Febr. 1609.

ætat 50.

Soc. 30.

Mansuetudo

B. V.

Mors Præ-

dicta.

Seu veteranos seu Nouitios regeret, nunquam verbo, nunquam vultu iræ vmbra vllam præsetulit, mirabili semper mansueti animi suauitate mitissimus. Die Purificationis Bmæ Virginis è templo redux diserte pronunciauit se quoque breui cum Simone dicturum: *Nunc dimittis, Domine, seruum tuum*; id quod quarto post die factum, illo mortalitati erepro.

P. FRANCISCVS DE MONTMORENCI.

Belga Duaci

5 Febr.

1640.

ætat. 62.

Soc. 22.

Humilitas.

Patientia.

Relictis & familiae titulis; & Ecclesiasticis honoribus; è Præposito Casertensi, ac Leodij Magno S. Lamberti Decano, trium in Societate votorum Professus. Statim ac tyrocinium iniit, pedes omnium tyronum est exosculatus. Demissione animi, atque constanter adamatâ in cultu, cibo ac omnibus paupertate inter nos emicuit: at patientiâ plane suis admirabilis, cum ischias & luxata coxendix illum per annos ferè 20. cubiculi circumscriptum limitibus, nec se, nisi fulcrorum adminiculo, inouere valentem, in solitudine, paupertate, do-

loribus attinuit. Verè ille tunc id agebat, ad quod illum eius libro præfixum de illo anagramma hortabatur: *Franciscus de Montmorenci: Constans ser Domini Crucem*. Sacrà poësi pium ingenium occupabat, æquo semper animo, sorte suâ lætus, & Psalmos atque Cantica è diuinis literis lucubratione poëtica Deo canens, calamo typi quoque lucem commerito. Mortis apparatus illi fuere exercitia S. P. Ignatii: tum reliqua de more. Cælestis patriæ desiderio, & suauissimâ erga Deum fiduciâ plenus, gratias agebat, quod in Societate moretetur. Negabat enim sibi foris morienti tanto vnquam gaudio ac voluptati futurum fuisse supremum Agonem suum; quem confecit Duaci, vbi Theologorum Seminarium iam ante fundarat. Vltima illi verba fuere, *IESVS, MARIA!* sit Deus benedictus.

Mors.

P. IOANNES DE KRAECKERE.

Ingenti animo Indias complexus, inuper Louanij Theologiam propugnarat, & Aldenardæ humaniores disciplinas tradebat in scholis. Vbi nocte quadam inconsultum parentum suorum (à quibus iter Indiacum sciebat sibi apud Superiores interclusum) amorem expendens, doloris & desiderij lachrymas vberes fundebat, queribundi mœroris vndique plenus; cum ecce tibi P. Paulum Hentini septima Octobris anno proximè præterlapso mortuum sibi adspectabili specie præsentem videret, auditque diserte affirmantem, fore vt sibi in cælo breui sociaretur. Ita ille consolatoriâ mortui amici vaticinatione mœrorem in mortis quæ haud multò post secuta est, apparationem conuertit, vixitque

Belga Aldenardæ, 5.

Febr. 1647.

7. Oct.

Vino mors prædicta è mortuo.

que tanquam breui migraturus in cælum in omnibus quæ agebat accu-
ratus, quia à beata montis expecta-
tione suspensus.

VI. DIE FEBRVARII.

P. CAROLVS
PHARAO.

Italus Mel-
sanæ. 6 Febr.
1559
Vocatio.

Hunc adhuc puerum cum paren-
tes ad Societatem ire prohibe-
rent, eoque domi clausum atti-
nerent, ille nocte intempestâ, occa-
sioni imminens, eamque nactus, ar-
repto tantum linteo, semi-nudus è
paterna domo ad nudum Crucifixum
fugit: & consentaneam primæ flagran-
tiæ vitam in Societate duxit, Philoso-
phiâ Theologiaque perdoctâ, & insi-
gnibus quos obiit laboribus ac virtute
præclarus.

P. HENRICVS
HENRIQUEZ.

Lusitanus
Pnnical. 6.
Febr. anno
1600. xi. 80.
Soc 55.
Vocatio.
Elemos.

Lingua cust.

Fides.

Quotid.
Confess.

Conimbricæ in Societatem coop-
tandus, sua disperfit, & dedit pau-
peribus, eleemosynâ quatuor millium
aureorum. Lingua suæ magnoperè
potens erat; & cautus. Vnde nihil erat,
quo quemquam læderet, vel in quo
argui posset. Piscariam per 53. annos
excoluit, Apostolus Comorinensium
appellatus. Ausus Brachmanas etiam
ad experimentum ignis prouocare, ad
ostendendam fidei veritatem. A bar-
baris breuissimâ catenâ collo ac pedi-
bus iniecta vincus, eoque in globum
miserè curuatus, ac doloribus tumo-
ribusque plenus iacuit plures dies &
noctes, nec nisi trimestri exacto re-
demptus est. Diuino Sacrificio non
prius operabatur, quàm animum ex-
piasset, si Sacerdotem nancisci posset.

Templa, & Nosocomia plura erexit:
multa & magna passus: inter quæ tan-
tis è cælo delicijs abundabat, vt dice-
ret neminem fore qui illarum cons-
cius, non labores illo præ omnico,
quod multum delectat eligeret, op-
tione oblata. Neque religiosum sibi
videri dicebat, qui perpeffione quoti-
dianâ non quotidie aliquam id ge-
nus velut lineam duxisset. Per 20.
dies, quos postremos habuit in vi-
ta, bis quotidie se Sacramento pœ-
nitentiæ perpurgabatur, vt mundo
corde compareret pro tribunali extre-
mo. Diuinam misericordiam sibi op-
tabat, rogabatque pro mortis articulo
impensius inculcari. Neque enim alio
niti firmamento spem suam: in inferno
autem pœnas se dare paratum, idque
sibi beneficij loco fore, si tamen citra
odium Dei fiat; nam horrendam sibi
præ supplicijs omnibus eam videri, quâ
in Deum blasphemix istic vomuntur
diritatem. Sepulchrum eius frequen-
tes visunt; qui persanctè aiunt se à
Deo per illum luculenta beneficia
obtinere. Inde ibi anathemata &
lampades; inde iuristurandi formulis
insertum illius nomen ad fidei firma-
mentum. Referunt, qui id ipsi oculis
vsurpauere, obtrectatorem quendam,
quoties obloqui P. Henrico conatus
os aperiebat, toties illi carnis frustum
instar pomi, vel pugni, os ad obstre-
ctationem apertum occupasse, illud-
que obstruxisse, ac illum obmu-
tuiffe.

Cali delicia.

Mortif.

Confessio
quotid.

Amor Dei.

Obtrectator.

P.FER-

P. FERDINANDVS
P A T E R N O .

Italvs Gati-
na. 6 Febr.
alijs ponit.
7. Febr. 1694
ætat. 64.

Castit.

B.V.

CAtanæ nobili domo natus. Vir consilio & solidâ virtute commemorabilis. Ad fœminam aliquando, vt illam exomologesi expiaret, vocatus ab illa, & à pluribus istic procacibus fœminis obscœno igne ardentibus, nec per illecebras, nec per vim, ad scelus pertrahi potuit. Fortiter & castè se ex illo luparum lustro euoluit ad fugam. In Hispaniam ad Philippum II. Hisp. Regem bis missus, ibi B. Aloysio familiaris, eidemque à conscientia secretis fuit, etiam eo tempore, quando *S. Maria de bono consilio*, vt istic eam vocant, Aloysio consilium de Societate ineunda dedit atque vt id aperiret Confessario, imperauit.

P. G A B R I E L
C R V C I U S .

Lusitanus
in India
Orient. 9.
Febr. 16. 1.

Fides.

LAbore felici de Orientis Indijs præclare meritis. Nam apud Tolenses, Samoforanos, ac passim expeditus, præter 172. desertores ad Catholicam fidem reductos, baptismo iniciauit alios facile bis mille sexcentos, quos inter fuit & Dynasta Samofori.

P. CHRISTOPHORVS
C L A V I U S .

Germanus
Romæ. 6.
Febr. 1612.
ætat. 75.

A Ssiduissimè agebat, quidquid sui muneris esse intelligebat. Inde sæculi sui alter Euclides habebatur. Iude confusum Kalendarij veteris chaos Gregorij XIII. autoritate ordinatè digessit, atque instaurauit; nullius ingenium aspernatus, & mo-

destiæ retinens. Bambergâ illi statuam promittebat, si patria in vrbe degere vellet. Sed quia Collegium tunc istic necdum erat, & fastum oderat; non admisit. Interrogatus à Gregorio XIII. Pont. num commodè habitaret; affirmavit: nisi quod, vt erat candidus, adiecerit; se lectulum debere hac in conclauis atque illac variè collocare ad arcendam pluuiam, quæ se per tectum ad lectulum penetrabat. Ea res Gregorij cogitationes de vr-genda Collegij Romani ædificatione marurauit. Suum Clauis singulis horis pensum, & velut iugum distributè imposuit; vt ne quod temporis punctum otio corruptum amitteret, vel ne aliud ab eo ageret quod debebat. Sui peruincendi & oculorum in officio continendorum studio excelluit. Fenestræ geminæ illi patebant è cubiculo ad plateam. Per alteram earum aliquando per inconsiderantiam prospectans, feminam vidit ex aduerso degentem: quem ille fortuitum oculorum errorem seuerè castigauit; neque deinceps vnquam per omnem vitam id sibi licere voluit; fenestrâ illâ ita clausâ & firmatâ, vt illam ab eo tempore nunquam aperuerit.

Temporis
partitio.

Oculi.

C L A V D I V S
E S R A N G I N C O A D .

CVbicularij munere fungebatur in domo lauta & nobili, castimoniam semper vnice studiosus; quam cum aliquando acius à carne oppugnari aduerteret, è lectulo prosiliit, & Deo Castimonie Sacramentum dixit: etiam in Societate postea in se virgis inediaque inclemens; & de mulierculis, à quibus impetebatur, castè victor. Non vno ante mortem mense diem suum extremum præuidit. Laboris mirum in modum avidus. Sub mor-

Gallus
Viennæ. 6.
Febr. 1616.
ætat 62.
Soc. 42.

Castitas.

Mortif.

Morte

K tem

Somnus.

tem Coadiutoribus erga Superiores candorem & obedientiam; erga omnes charitatem & pia colloquia commendauit. Somnum in lecto capere noluit; verum in sella humili vestitus, aiebat, se hostem suum operiri. Denique quasi solenne illud S. Henrici: *Post sex*, legisset, vltimo sex dierum, quos vitæ supremos habuit spatio, viuendi ac moriendi, atque se morti comparandi seriem digessit in hunc modum, 1. die Sacramentis confessionis & communionis refectus est. 2. die vitam vniuersam examine & exomologesi nouâ expiauit. 3. diem sanctæ vnctionis Sacramento dedit. 4. Sanctissimo viatico, & socijs complexu vltimo valere iubendis. 5. selectis cum Deo & sanctis, colloquijs. 6. denique, eumque supremum, morti.

Vltimorum
6 dierum
occupatio.

P. IOANNES DE LA CHAUSE.

Gallus
Flexæ 6.
Febr. 1654.

Bacchanalia.

AD Societatem mirabili casu accitus est. Etenim cum 32. ferè annos iam natus, breuique in suprema Parisiensi curia senatorum numero accensendus, per Bacchanalium dierum licentiam personatus hilaritati per choreas cum vndecim alijs indulgeret, tertius etiam decimus saltator

ignotus adfuit, eoque omnibus timorè incussit. Postridie in templo Ioannes hic Sacrificio diuino intererat, quo tempore qui ex ennergumeno pelebatur, Ioannem indicans inclamauit: *Ille meus est: calamistratus ille meus est, ni caueat. Ego hesterni causa timoris fui, utpote qui agebam tertium decimum saltatorem.* Ergo Ioannes, re altius expensâ, voti religione firmavit se Societatem initurum in qua postea Coadiutoris spiritualis gradum obtinuit, Romæ per ipsos 25. annos Præposito Generali ab epistolis, seu vt aiunt, Gallia substitutus. Fuit vir insignitè religiosus ad omnem amissim, etiam cum alijs Minister præesset. Sub vitæ finem patientiæ laude virtutes reliquas est supergressus; quando & solitudinem, & ademptum audiendi visum, & eam, quâ horrendum in modum coopertus erat, lepram animo perquam magno, ac tolerantia planè palmari sustinuit. Aiunt quotidianum ei fuisse, vt se ab ipso temporis articulo manè horâ surgendi flagellare inciperet, quando æris campani sono excitabantur nostri, quique cum illo sono inchoato se flagellare inceperat, non prius abisteret, quàm ille æris campani sonus destineret.

Damon
saltator.Calami-
stratis.

Vocatio.

Patientia.

Leprosus.

Castigatio in
matutinis.

VII. DIE FEBRVARII.

P. ANTONIVS CRIMINALIS.

Itealus Puni-
sale e. Febr.
1549. & 1579.

SISSÆ ad Parmam 7. Februarij natus; idèd in hunc diem refertur: nam dies cædis est in incerto. Ab ipso S. P. Ignatio ad Societatem Romæ admissus, & ad Xauerium destinatus, ibi totum Comorinum semel quor-

mensibus, nudipes per ducenta & amplius passuum millia concursabat. Petentibus id socijs præfectus est, & factus spiritualis adiutor. S. Xauerius S. Ignatio scribens, illum enimverò virum sanctum esse ait, ac omnibus ita charum vt explicari vix possit: eius similes se pro illis oris desiderare. Brachmanorum cum Bagadis coortâ conspiratione pro restituendis idolo-

Iteirus.

Fides.

FURX

rum honoribus, iamque sæuientibus in Christianos Ethnicis, Antonius nullam (quæ tamen haud vna offerebatur) se in tutum recipiendi occasionem arripuit; verum submissis humi genibus, ac oculis manibusque sublatis in cælum, corpus & animum ad mortis expectationem apparationemque composuit. Ita extrema opperientis latus sinistrum Saracenus hastâ aperuit. Antonius verò irruentes ad spolia diripienda barbaros, in vestibus detrahendis iuuit, vsque ad subuculam sanguine adhuc calentem illis haud repugnanter datam. Tum ad ædem sacram se agebat vt poterat, quò ibi moreretur, cum secundo vulnere hastâ inflicto saucius, in genua iterum se deiecit; telum è vulnere eduxit, ad templum iteratò se moliens, vt supremum sanguinem istic Deo aris vicinus offerret. At coorto Bagadarum tumultu, obuiam se illis vertit Antonius, & aduerso pectore hastam tertiam excepit, in genua iterum ac preces effusus. Quartum denique vulnus tulit in humero; quo prostratus, quinto vulnere iugulum, & spiritum Deo dedit, è Societate Iesu prima victima in odium fidei caesa. Punicale caput abscissum ex alto suspensum. Quotidie tritices, & sæpè quadragies; positis humi genibus, precabatur. Ad virtutes eius describendas ait Alphonsus Cyprianus integro volumine opus esse. Anno 1595. *Ioannes Dominicus Criminalis*, Antonij nostri fratris filius, iureiurando affirmavit, se cum à spe vitæ depositus iaceret, nocte intempestâ flammis circumdatum, vidisse totum suum conclaue igne compleri. Ingressum ad se horrendum dæmonem: sed simul P. Antonium adfuisse: prehensoque infirmi timentis ne à præsentè dæmone illum secum rapere connitente abriperetur brachio, Italicè dixisse: *Ioan-*

nes Dominice, firmus esto animo: & ne dubitaueris, quia hic sum ego, vt te adiue-
nem. Mox fugarum ab Antonio minacem dæmonem abijisse: simul videri Antonium patrum desijisse. Hæc ille iuratus dixit; & valetudine breui receptâ, melioribus quàm antehac viuendi consilijs etiam confirmavit ea quæ iureiurando affirmarat.

Tuatur contra dæmonem.

NICOLAUS COMATIUS COADIUT.

Hic Peruani Prouincialis socius fuit & apoplexiâ ictus diem vltimum sanctè expleuit, sed non sine interuallo, quo ad se redierit. Morientem Christus incredibili iucunditate perfudit. Media enim ante migrationem horâ mirificè exultans Comatius dixit; sibi Christum mirabili gloria circumdatum adspectabilem adfuisse.

Peru. 7. Febr. 1577.

Mors.

Christus.

P. IACOBVS SALESIVS, ET GVILIELMVS SALTANOCHIVS COAD.

Vterque in odium fidei Catholicæ ab hæreticis Albenaci captus, longâ fame, siti, ærumnisque vexatus est. Salesio pro fide doctè loquenti os luto impletum. Inde pro inimicis orantis humerus sclopo traiectus; & Iacobus IESVM clamans ferro in pectus adacto confossus est. Amplexus illum Guillelmus Coadiutor pugionibus trucidatus. Cadauera per sex dies iacuere. Autores necis alij aliâ clade puniti diuinitus, delirio, triremibus, infamiâ; quidam etiam corrosi à vermibus interière. Cæterum Salesius Philosophiam, ac Theologiam Scholasticam primùm, deinde moralem, docuit, linguarum sacrarum, insignitè peritus. Asthmate, ac immodicæ

Galli Albenaci. 7. Febr. 1595.

Fide.

K 2 famis

Fortitudo.

Oratio.

Apparet.

Humilis.

famis morbo afflictus, laborabat tamen æquè ac valens. Vbi vbi esset, vnum sibi è socijs monitorem deligebat fidelem, atque assiduam. Dulce illi fuit silentium; & inde facilius ars orandi vsu firmata. Vnde tenerè, ac faciliè abripiebatur ad Deum ab ijs quæ videbat. Aiebat; debere quemuis impensè gratulari Deo cum Sanctis de illa iucunditate quâ ipse infinite gaudet. Cubiculi ianuam pulsante quopiam, curuatis genibus dicebat:

Iaculat.
Euchar.
Hora.

Intra, Deus meus, intra animam meam. Sanctissimam Eucharistiam ferè horis singulis adorabat; sæpè etiam visitabat. Dixit Superiori; se a Deo singulis horis martyrium petijisse. idipsum petebat quotidie coram SS. Sacramento, recitatâ quinquies Dominicâ, & Angelicâ oratione in honorem Regis Martyrum boni Iesu. Dixit etiam cuiuspiam annis aliquot ante mortem; optimum genus mortis fore, si sclopo inter orandum ictus concideret: benè quoque illi quâ esset cædendus manui precabatur. Totus in amore Dei erat, seu ad socios diceret, seu familiari vsu colloqueretur. Affectus aliquot hisce versiculis illigauit:

Amor Dei.

Gusto Deum, cupio, zelor, gratisque reuoluo:

Offero, depono, atque resigno, mortificorque:

Consero, magnifico, admiror, congratulor ipsi.

Anno 1622. 5. Iulij Bruxellis dæmon ex energumena dixit, se libello de fide ab eo composito mirè vri; cæsum esse illum Albenaci ab ijs quos ipse suos amicos appellabat. Nocte post cædem proximâ, in eo, in quo Salesius natus fuerat cubiculo, per horæ spatium, & amplius, mirus quidam splendor eluxit; cuius rei mysterium postea eius nunciata mors enucleauit.

Cubiculis.

GVILIELMVS SALTA- MOCHIVS COAD.

Sutor officio, & postea P. Salesij socius fuit. Cùm in Patris eiusdem morientis amplexibus mori peteret, iamque configeretur, manus in crucis formam ante pectus composuit, seque ad mortem heroicam breuium dolorum, ac æternorum præmiorum commemoratione cohortatus; *Patere, aiebat, caro patere!* Et Iesum pro dolorum condimento ingeminans vixit felix.

Gallus ibid.
7 Febr. 1591.
ætat. 38.
Soc. 12.

Patientia.
Caro.

P. SIMON RIVIERE.

S. P. Ignati, opem quotidie septies, & S. S. Xauerij quinquies implorabat. Per annum integrum & amplius constanter ad quartam quamuis horæ partem Sanctissima IESV, & MARIAE nomina piè pronunciauit. Tota illi meditatio erat Dominus Crucifixus: è cuius pedibus pendentem illam orandi formulam S. P. Ignatio tam familiarem, caractere magno descriptam præ oculis habebat æger, eamque legebat; cumque non posset, petebat eam sibi ab alijs legi: *Anima Christi sanctifica me* & quam etiam sanus in mente sæpè, & ore versabat. Licet indoctus non esset, tamen septem vltimis vitæ annis Coadiutoris subiuit officium. Quidquid blandum erat sensibus, illi vel hoc nomine erat inuisum. Fugiebat cum laudaretur; & sæpè morienti illi in ore illud: *Fugimus vanam gloriam.* Tunc & illa sibi crebrius voluit inculcari. *Absit mihi gloriari, nisi in cruce D. N. IESV Christi.* vel: *Gloriabor in infirmitatibus meis.* Semel pro nostro quodam febribus affli-

Gallus fuf-
cis 7 Febr.
1610. æt. 80.
Soc. 30.
S. P. Ign.
Xauer.
Iaculat.

Crucif.

Humilitas.

Mortif.

Mors.

Missæ.

sto

Mir. Sto sacrificavit, & ille mox valuit. P. Simcon verò febrì correptus, ac demum Sabbatho extinctus est, cum

ante octo dies dixisset, sibi huius vitæ adhuc octiduum superesse.

VIII. DIE IANVARIJ.

P. IOANNES
LEONIVS.

Hispanus
Triguera. 8.
Febr. 1566.

Cancionator.

Hamilis.

OB suauissimam morum facilitatem Agnus dictus. Venit in Societatem iam doctrinâ & virtute insignitè instructus, anno ætatis 33. Facundia illius fuit *vox virtutis* ad animos ad Deum conuertendos, & retinendos. Sciebat vti diuinarum literarum sententijs non violento ingenio adductis, sed quasi ad rem præsentem natis. Ingenti gaudio accepit Medici vocem mortem nunciantis; manumque poposcit ad osculum. Nolebat ille in vita Theologicos honores, ob modestiam: sed Xerenses mortuo cænotaphium vti Doctore crexere cum pileo, & palmâ; vt reiectus à viuo Ioanne doctus honor, mortuum sequeretur.

P. IOANNES BAPT.
SEGVRA, ET 7. SOCIJ.

Hispanus
in Florida 8.
Febr. 1571.

CVM Vallisoleti Rector præesset, à B. Borgia in Floridam anno 1568. missus, ibi pro fide nauiter laborauit; donec à Ludouico Neophyto (qui ex Hispania ad patriam, & simul ad barbaros mores, desertor fidei Christianæ, redierat) & alijs barbaris, securibus concisus est post eos quorum 3. Februarij commemorari. Socij huius in glorioso hoc agone fuere

Gabriel Gomez,
Petrus de Linares,
Sanctius Sauallius, &
Christophorus Rotundus. Nouitius. Horum corpora cum conderentur, singulorum manibus crux vna inserta, iussu Neophyti desertoris.

Sacrum omne instrumentum in ludicrum versum. Alius patenam è collo, vt monile, seu bullam, appendit. alius casulâ indutus se iactabat: calicem alius, ceu poculum, gestabat manu. Alphonsus adolescens à Neophyti desertoris germano seruatus, ait *Crucifixus.* ficarios Crucifixum è cista extractum non sine contemptationis significatione contemplatos, alios quidem repentinò conterritos aufugisse, tres autem ipso in loco mortuos concidisse.

MANCIVS MIZO-
GVCCI COADIUT.

FVNAI natus in Regno Bungenfi cum mysteriorum fidei, ac patriæ linguæ peritiâ pro concione ad suos magno cum fructu vteretur, Neophytos in religionè firmabat tempore tempestatis à Daifuo excitatæ. Socijs à tyranno è Iaponia amandatis, Mancius more primæ Ecclesiæ latitans, Christianos omni ope solabatur, atque seruabat, ærumnas multas perpeffus; quæ illum etiam extinxere.

Iapon in
Iaponia. 8.
Febr. 1615.
ætat 43.
Soc. 13.

P. DIDACVS
YVKI.

Iapon
Ozacx. Feb.
1636. xt. 62.
Soc. 40.

Fides.

Acumna.

A puero in Iaponico Societatis Se-
minario educatus, post Philoso-
phiam Theologiã Morali triennio
eruditus, humaniores disciplinas tra-
didit quinque annis. Daifusanæ furo-
re proscriptis è Iaponia socijs, persti-
tit ipse dissimulatã personã in patria;
magnis pro re Catholica itineribus,
magnis laboribus exantlatis. Viua
nascentis Ecclesiã ac heroicorum il-
lorum temporum imago in illo eluxit,
cum per ipsos viginti annos per silvas
vagatus, ijs vescebat quæ vltro da-
bat terra non culta, nullius vnquam
vsus hospitio; ne vlli noceret qui om-
nibus proderat, sagens pro Chri-
stianis in fide inter illa turbamenta
seruandis. Februario mense, Ozacx
totius tridui suspendio pronus capite
pendit in foueam, certauitque le-
gitimè fortis ad mortem vsque serua-
tã fide; quam vt alij quoque Christia-
ni seruarent, tam longinquis itineri-
bus, laboribus, ærumnis effecerat.

P. ÆGIDIVS
MOUTON.

Belga Mon-
tibus. 8. Feb.
1617.

IN Societatem à P. Francisco Coste-
tro receptus est post longam repul-

sam, quam passus est, ob tibiam vl-
cerosam. Vt ergo recipi posset, sani-
tatem à Deo per S. Vrsulam Coloniae
multis precibus ac voris mirabilibus
obtinuit: & per annos 20. sanus ac
valens vixit: postremis tamens annis
vlcera iterum rediére.

S. Vrsula.

P. MAXIMILIANVS
VAN HABBEKE.

PAUCOS habuit pares in diuinarum
scripturarum studio & eruditione:
in poësi quoque præstans; at in Ec-
clesiasticã munere potissimum, quod
Antuerpiæ magnã laude ac fructu pari
per ipsos 25. annos obtinuit. Pãter il-
lius Gaspar, Regius in Brabantia Cui-
ria aduocatus, in fidei Catholicæ
odium ab hæreticis in carcerem cõie-
ctus, tortusque: deinde cum hoc Ma-
ximiliano tunc nato in exilium est
abactus. Castimonie tenera custodia,
& Societatis bonus vbique odor, curæ
illi comprimis fuit; tum animi erga
diuina propensio, & sui contemptio.
Per 15. ante mortem dies iacuit in
apoplectico quodam silentio. Vinum
& mortuum, ob dotem quanta suffi-
ciebat cuidam collegio assignatam,
prosecuta est grata Societas ijs suffra-
gijs, quæ de more Fundatoribus de-
cernuntur.

Belga Ant-
uerpiæ. 8.
Febr. 1674

Fides.

Benefact.

IX. DIE FEBRVARIJ.

M. ANTONIVS MILO
SEU MELLVS.

Lufitanus
Conimbricę
9. Febr. 1593.

Conimbricę Grammaticę docendę præerat eo nomine, vt summa in eo omnia dicerentur, quę Societas in nobis requirit, amat æstimat. De Societatis progressibus benè multa & accuratè adnotarat. Mirum fuit & planè ad B.V. honorem propagandum natum ingenium, quidquid ageret diceretur. Morienti qui aderat Pater, illum enixè rogauit, vt vbi in Cælum appulisset, præcipuum quoddam studium sibi aduersus DEIPARAM impetraret; subrisit ille; & orare pro se iussit, vt in Cælū appellat: curę sibi fore, vt promissi immemorem non experiretur. Illo vita functo, eorum licet oblitus Pater ille, sensit luculentè sibi pectus intimo & flagranti erga DEI Matrem religiosè colendam studio magnopere accendi, eamque flammam indies crescere, sibi que stimulos addere ad DEIPARAM omni ope colendam.

B. V.

Mors.

P. MARTINVS
PELAEZ.

Hispanus
9. Febr. 1614.
ætat. 55.
Soc. 34.
Vocatio.

Hic in ætate adhuc tenera deliberanti, num exemplo Germani sui natu maioris militiæ nomen dare deberet, Christus adfuisse monuisse que dicitur, vt latinis literis operam, deinde Societati nomen daret. Compluti literas aggressus, in sancta illa destinatione elanguit. Sed Christus paruulus per quietem bis illi iam 21. annos nato spectatus, illum iterum ac tertio monitum minaciter, proposito salu-

Christus
monitor.

tis discrimine, iussit statim Societatem inire. Paruit Toletj adoptatus: in Societate siue Nouitios Mexici, siue Peruanam Prouinciam regeret, attentus disciplinæ custos, sensus omnes in frano habuit, silentij & orandi studio, ac charitati præcipuè addictus; vnde & *Patri pauperum* nomen tulit. Illius rector suauis, minimè violenta. Grati morbo pressum dulcis paruulus IESVS inuisit, solatus est, & mortem iam in foribus adesse prædixit, quam Martinus incredibili desiderio expectabat: & rogantibus, vt pro vita proroganda Deum oraret, negabat se id in animum sibi posse inducere; dolere se, quoddam omnem vitam ductui diuinæ prouidentię non vndequaue accommodasset.

Christus
paruum m.

Mors.

P. GASPARR
MASIVS.

Constantiã vitæ sibi semper firmis; & accuratâ silentij; ac disciplina reuerentiã inter primos habitus. Cum Societati ineundæ se pararet, nocte ante S. Synaxim percipiendam proximâ solebat peruigil manere in oratione Dei. Id in illo præcipuum, quoddam aded attentè vixerit, atque si in quauis occupatione mortis nuncium operiretur. Vnde roganti; *quid faceres, si tibi ad scholas, vel recreationē eunti nunciaretur mors post hora spatium obeunda?* Respondit, se tum etiam ad scholas, vel recreationem ex obedientiæ destinatione iturum. Quod religiosè intellectum indicat, quam parato semper animo fuerit, quamque nobile sit, vitam in obedientiæ ac disciplinæ religiosæ accuratatione finire.

Gallus Tur-
noni. 9. Feb.
1617.
Soc. 10.
Ench.

Mors.

Obed.

R. P. MV-

R. P. N. MVTIVS VITEL-
LESCVS PRÆPOS.
GEN. VI.

Italus Ro-
mae 9 Feb.
1545
Modestia.

Vocatio.

B. V.
Mortif.

Superior.
Charitas.

S. P. Ignatij.

Romæ illustri domo natus 1563. 2. Decemb. In sæculo castitatis voto se obligans. Excelsum, sed modestum ingenium. Nostriorem modestiâ mirificè capiebatur, quæ illi ferè faciem prætulit vt Societatem amaret, se illam aditurum voto promitteret, oborta obstacûla peruinceret; denique illam anno 1583. 15. Augusti iniret: quem ille diem quorannis palam in triclinio pridie se flagellis cædens honorabât gratus, dum per ætatem liquit: eoque die ad Societatem aliquem recipiebat, honori DEIPARÆ triumphantis. Magnæ in illo dotes elucebant. cum Romæ Philosophiam, Theologiamque doceret, cum ad concionem diceret Assistens, & aliàs, cum provincias regeret, ac demum Societatem vniuersam à 15. Nouembris anni 1615. vsque ad annum 1645. gubernaret. Præpositorum Generallium ad admirabilitatem vsque longè suauissimus, sibi semper simillimus; ad leuamentum afflictorum mirè dexter, ac perspicax agendorû. Apertæ illi semper ad audiendum aures, patientiâ maiore, quàm sperari posset ab homine adedè occupato; erectus animus, & quantum citra iniuriam instituti licebat, indulgens. Honorare omnes illi planè innatum. S. P. Ignatium & Xauerium, Paulum, Ioannem, Iacobum tres Martyres in Sanctorum, Franciscum verò Borgiam in Beatorum catalogum ritè adscriptos annum sæcularem confirmatæ Societatis, suæ rectionis tempore vidit, & gaudis est. S. Philippo Nerio familiaris fuit, & charus. Hunc à se in Ecclesia Saluatoris in Laterano cum S. P. Ignatio vi-

sum fuisse scribit P. Iulius Mancinellus, celebris à sanctimonix opinione vir dictumq; à S. Francisco Assisinate, qui & ipse tunc aderat, hunc fore Societatis Generalem. Idem illi aliàs quoque ostensum diuinitus. de quo in vita plura.

S. Francisc.

P. I O A N N E S
AVELLANEDA.

Gadibus ita vixit, vt pietatis odore afflaret alios; eoque aliqui diuinum officium cum eo recitare desiderarent, inflammandæ vicino studio pietatis. Inde operiebantur studiosè externi, vt sacrificio diuino operantem audire possent; adedè sanctè sancta tractabat. Angelica illi castitas micabat in oculis modestiâ summâ custoditis. Ad ægrum adeundum aliquando se acrius incitari animo sensit: adijt, & morientem, atque quod Angelus hic sibi tam opportunè adesset gaudentem inuenit. Parentes illius for uis ob fidem exuti, in re tenui exules obière: auunculus de Societate, Londini in eiusdem fidei odium interiectus. Ipse Gadibus ad inelytam inter peste afflatos in obsequio charitatis moriendi spartam egressurus, domi omnium pedes humili osculo salutauit. Peste contactus, & in destinato socijs eo malo affatis valetudinario Sacramentis omnibus instructus, P. Sancium Mendosam, qui eo in munere nuper obierat, sibi videre est visus. Nec desinebat illi aduentum gratulari, illius pulchritudinem laudare, illum amplecti velle, ac demum ad felix iter inuitare. Ita decessit eodem die ac anno, quo Carolus Angliæ Rex Londini à rebellibus capite truncabatur. Ago de illo fufius in heroibus & victimis charitatis ad annum 1649. à pag. 448.

Anglus Ga-
dibus 9.
Feb. 649.
ætat. 28.
Soc. 13.

Missa.

Modestia.

Morbundi.

Charitas.

Mortuus
apparet.

X. DIE

X. DIE FEBRVARII.

P. CAROLVS
CARLANTINUS.

Italus No-
uocomi. 10.
Febr. 1610.

Sanctæ apud Nouomenſes memo-
rie, ac authoritatis hic ſenex totis
triginta annis ibi ad templi portam
pœnitentiæ Sacramentum admini-
ſtrauit ibidemque ſepultus eſt. Mul-
tos habuit filios lachrymarum, cum
conſcleratorum plurium corda ſaxea
guttis illis felicibus excauauit, molli-
uit, & ſuauit vt voluit; etiam in dæmo-
nem potens fuit. Etiam feminæ ma-
leſicio cupiam obnoxia pomum a ſe
benedictum vbi porrexit, illudque
illa, ita vt à P. Carolo iubebatur, co-
medit, mox glomum cuomuit ferro
informi, clauis, filo, chalybeis que
acubus, alijs que multifariam refe-
ctum, & valuit. Mortique imminenti
ſe parans vetuit ſibi multa in au-
res dici. Vnum illud ingeminari deſi-
derauit. *Memento, Pater, Redemptoris,
qui peccatorum miſeretur.* Tantius erat
in omnium opinione, vt poſt eius obi-
tum docti ac nobiles quidam viri vel
de ſolea eius calcei aliquid ſibi dari
poſtularint. Profunda eius animi de-
miſſio texit ea, quæ de illo dici pote-
rant. Et Medico aliquando dicenti
duos filios ſaluos ſibi atque ſuperſtites
P. Caroli precibus ſe debere (vtpote
quibus deſperatâ iam vitâ iacentibus
benè precatus fuerit P. Carolus, &
illi melius actutum ac breui optimè
planè habuerint) reſpondit minax P.
Carolus, licet amiciffimo: nescire il-
lum beneficijs vri, eo que de ijs vnum
eſſe, in quos malè collocarentur be-
ficia. Deo gratias debere illum; amico
verò, fidem ſilentij. Religioſus qui-
dam & probata, virtute vir de ſe, de-

que P. Carolo ita teſtatus eſt. Sibi die
feſto in templi foribus inimicum
ſuum cum ſclopo & armis opperienti
ad necem, repente è ſuperueniente
in templum, P. Carolo quaſi ſanguina-
riæ mentis conſcio, diſertè dictum:
*Quid tu hic ſpectas, miſer? quid meditaris,
infelix?* Dixit, & apprehenſum manu
duxit, adiecitque: *Veni, ſequere, conſi-
tere de peccatis tuis.* Aiebat ille ſe tunc
in timorem; ac propè in amentiam
datum, quòd hæc audiret. Tuiffe ta-
men, quòd ille ducebat; & peccata
confeſſum; diſſidium illud ſoluiffe,
mundoque nuncium remiſiſſe.

Secreta
cord.

BARTHOLOMÆVS
CAMERLENGHVS COAD.

MVrarius tenerriam vt conſcien-
tiæ, ita pietatis. Tam alro in lu-
mine introſpiciebat quosuis nauos
ſuos, velur atomos, vt acerbo cum
ſentiu doloris ad lacrymas vſque ac ſin-
gultus effuſo, ſe in pœnitentiæ Sacra-
mento de minimis quibusue noxis
accuſare conſueſcerit. Sub vitæ ſinera
ſignificauit (vir aliàs ad verba valdè
attentus, & animi demiffione inſignis)
ſibi Beatiffimam Virginem ſpecie ad-
mirandâ excelsè illuſtrem ſæpè ſpe-
ctabilem, cum pulcherrimo in ſinu
paruulo adſuiſſe. Hinc nimirum ex-
cellum illud lumen ad illum per-
neabat, in quò introſpiciebat, quid
ſit tantum Deum vel in minimis of-
fendiſſe.

Italus Regij
in Lombard
10. Febr. 1629.

Pecc. Ven.

B. V.

L PLEO.

Oratio.

Demon.

Mori.

Hamilitas.

P. LEONARDVS
PERINUS.

Lotharingus Vefontione 10.
Feb. 1638.
x. car. 71.
Accuratio.
in agendu.

Regula.

Obid.

Proffertat
habundant
C. 1. 1. 1. 1.

Morif.

Vir tam absolute virtutis, vt de illo
Veffet opinio, quòd fi primi Societatis
authores ad vitam redirent, & ijs
quibus ille officijs fungerentur, nihil
videri, quod vel priuatæ illius in
viuendo difciplinæ, vel publicis rebus
cum dignitate pertanctè tractandis ab
ijs addi poffet ad ea, quæ in Leonardo
emicabant. Fuit ad communem vitæ
noftre normam nullo in apice negli-
gendam incredibili ftudio perfeueran-
ter attentus, & hac femitâ eò euafit,
quòd vix pauci. Modestia illi tanta,
quanta maximæ cuius sanctimonix
testis effe poffit Obedientia ad extem-
poralitatem prompta, ita vt conciones
pro fingulis Aduentûs diebus haben-
das ex tempore, nullâ præparatione
præmiſſâ, nil excuſans, ſuſceperit: &
cum Theologiam doceret, ad docen-
dam Rhetoricam iuſſus lubens de-
cenderit, eoſque munere per annos
plures laudatè functos, ad conciones,
tum ad Theologiam iterum redierit;
expeditè vbique ad omnem nutum vt
idoneus, ita promptus. Vir ſapiens, &
cui Perinus totus erat propè perſpe-
ctus, de illo mortuo dixit palàm in
corona confidentium noſtrorum: cer-
tum ſibi videri, eum vndequaue in-
nocentiſſimè vixiſſe. Petrus Forerius
ex Ordine S. Auguſtini illum vocabat
columnam Sanctiſſimæ Societatis;
eiuſque meritis adſcribebat, quòd
cum Leonardus ad illius Parochiam
diuertiffet, atque veruecis coxendi-
cem in fruftra partitus, illa ad ægros
parochiæ miſiffet, illi omnes conual-
uerint. Per plures annos in cubiculo
nunquam ſedit; ſed ſtans; ac librum
manu tenens legebat: & in frigore
quantumuis acerrimo ſtabat nudipes.

Si quando in publico ſedendum erat,
nunquam ſe fulciebat à tergo. Sancti-
monix illius opinio fuit tanta, vt
abeuntem è quadam vrbe in genua
fuſi ciues, quæ quæ ibat, orarent, bene
vt omnibus precaretur. Veſontione,
& Muſſiponti ante SS. Sacramentum
orando vnâ quotidie horam duce-
bat. Henricus IV. Rex modeſtam P.
Leonardi (ignoti ſibi licèt) in ſacrifi-
cio diuino peragendo pietatem, cui
ſemel interfuerat, laudauit. Morti pro-
ximus medico illam vitæ integritatem
amicè gratulanti; *Deus, inquit, meis
peccatis, offenſus dignitatis eſt infinita. Et
vixit.*

Euchar.

P. FRANCISCVS
DAIX.

Iam inde à triennio aiebat ſe Dei
Inutu ac effatis regi velle: vnde ad
ea ſe magis promptum exhibere velle
dixit, & ſcripſit, quæ alij recuſarent.
Vbique quidquid ageret colendæ que-
rendæque maiori Sanctiſſimæ Trini-
tatis gloriæ ſtudebat, aiebatque illum
ſibi vnicum finem eſſe; tantique my-
ſterij venerationem ſe didiciſſe à Chri-
ſto. Huc ille quotidianas preces, huc
afflictationes corporis varias & quo-
tidianas diregebat, vt ſpirituale quod-
dam Sacrificium auguſtiſſimæ Trini-
tati offerret. Ad viſendum perſæpe
SS. Eucharix Sacramentum, ſe in-
terdiu ac noctu ſæpius conferebat;
item quoties ad portam accerſitus ad
cubiculum redibat, id non prius facie-
bat, quàm Domino iſtic ſalutato ac
viſitato. Vt Lugdunenſes ad celebra-
dam toto triduo Imm. Conceptionis
ſolennitatem in templo noſtro inuita-
ret, pro illo triduo 40. horarum in-
dulgentias impetrauit, per quod tem-
pus ferè flexis coram SS. Sacramento
genibus pernoctabat. Sæuicbat in ſe
cilicij,

Gallus Lug-
duni 10.
Feb. 1636.
Soc. 32.
Obid.

SSS. Trinit.

Intentio ex-
celſa.

Euchar.

Fefum Im.
Concept.

Euch.

Mortif.

cilicij, flagellis, ieiunijs, licet valetudo illi esset aded' afflicta, vt vir dolorum meritò diceretur. Cum sapius per quartam horæ partem in se flagris scuire audiretur, rogareturque vt sibi parceret, respondit, molestum sibi fore diem illum quo expressum à se sanguinem non libaret Christo: se, si Martyr esse non posset, daturum certè operam, vt aliquam dolorum Christi partem acciperet. In magna scientiarum complexione mirum quanta illi animi demissio, quanta in diuinis tenentis semper fuerit. Sacræ Scripturæ aliquot capita perlegebat quotidie flexis genibus, & aperto capite. Fra-

Leçto S. Scriptura.

ter quidam Lugduni mortuus aliquot ab obitu diebus cilicina in veste pilis acerbioribus horrida inclusus opem ab illo petijt. Aegro cuidam nostro prosperam valetudinem, ac vitam longiorem, & alijs alia plura, prædixit. Morti vicinus, cruces duas, nigram alteram, alteram radiantem vidit; illam mortis, hanc æternæ gloriæ nunciam. Quidam Deum per eius mortui merita precati, gauisi sunt se esse auditos. id quod narrant annuæ: vbi etiam plura ex vero prædixisse fertur, ac illius anima in luce ad superos euolare conspecta fuisse.

*Cilicium. Purgator.**Mort. Cruces.**Mort.*

XI. DIE FEBRVARII.

RODERICVS MENE- SIUS SCHOLAST.

Eustianus V. yssiponæ 11. Feb. 3548.

EXcelsæ vt virtutis, & stirpis, ita expectationis iuuenis, acerbolateru dolore hoc die lætus extinctus est. Magnus in illo paupertatis, vt Matris, amor, quod ferè fieri amat in ijs, qui post lautiores fortunas ad Christi pedes abiectas, paupertati se mirificè vel præ alijs, vel cum alijs eâ virtute insignitè illustribus dedunt. Nec sororis, nec Matris deliciæ tantum potuere, vt pannos viles & quicquillas electæ Matris suæ paupertatis non pluris quàm quicquid offerebatur æstimaret atque amaret. Iacobus de Murica è familia S. Hieronymi Conimbricæ Acad. Rector, Cardinalis, Henrici iussu, dissimulanter, & sine Societatis nota in exercitia inquirebat, cum eos qui ijs exercebantur, musto plenos, Niniuitis similes, & visa videre diceretur. Interrogatus inter socios & Rodericus Menesius de visis, affirmavit se cum exercebatur, horri-

*Paupertas.**Exercitia.*

ca visa videre. Accersito actuario, qui narrantis verba describeret, respondit: Memeripsum vidi, quem nunquam ante probè videram, terrum sanè monstrum, & cuius simile nunquam vidi.

P. MICHAEL A FONTIBVS.

Societatem ingressus, incredibili suo solatio in illa se confirmatum sensit à femina quapiam, sanctimonix famâ illustri, quæ illum veluti cælestis moniti baiula in eo consilio stabiliebat Christi nomine; quem dicebat Cruce onustum sibi fuisse conspectum. Fuit Michael vnus de primis qui Peruanam Indiam cultione euangelicâ per diu excoluere, orandi & sui despiciendi artibus prorsus excellens, ac S. Vincentio Ferrerio eximie addictus, multisque ab illo beneficijs auctus. At summa quæque consecutus est à Deo per Dei Matrem, quam religiosè ac eminentiore quodam studio percole-

*Hispanus Valentix. 11. Feb. 1606.**Christus.**B. V.*

L 2 bat.

*Purgat.
huius vita.*

Feria. 17.

*B. 7.
Suo clienti
obuia cum
corona, &
S. Petrus,
S. Ioannes, &
S. P. Ignat.*

*Belga Na-
murci. 11.
Feb 16. 2.
ætat 67.
Soc. 45.*

bat. Indicis aliquando laboribus fe-
sus, ac iacens, (vt aliàs narraui in
Annalibus Marianis Soc.) à Regina
gloriæ visitatus, & bono animo esse
iustus est: fore enim aiebat Virgo, vt
hæ illi ærumna: Purgatorij instar es-
sent, atque his purgatus secura morte
absque vlllo ad Purgatorium diuerticu-
lo abiret in cælum. Hoc illi per
omnem vitam postea, sed morienti po-
tissimum solatium fuit. In eius rei me-
moriã secundã quauis feriã, cum in
triclinio, tum in culina, consuetis sese
afflictandi exercitationibus boni nun-
tij memoriã recolebat. Religiosus
quidam à virtutis celebritate fide di-
gnus habitus in omnium opinione, di-
xit suum Societatis Iesv Patrem, ig-
notum sibi licet, cælesti patriæ ciuem
esse designatum. Alius è nudipede, vt
vocant, S. Francisci familia religiosis-
simæ virtutis vir, de hoc P. Michaele
loquens palàm; paucis, inquebat,
retro annis ex hac vita migravit è So-
cietate quidam, cuius anima cæli re-
gna conscendens obuiam habuit DEI-
PARAM, Apostolorum Principem, &
D. Ioannem; S. Denique Ignarium.
Gestabat veneranda Dei Mater suis
ipsa manibus coronam, quã mox bea-
tam illam animam honoris ergo do-
nauit. De quo autem locutus fuisset,
petenti Archiepiscopo, P. Michaelem
à Fontibus nominauit.

P. IOANNES DE RENESSE.

Enobili apud Leodienses domo mi-
les, tum ante annos 45. Societati

autoratus, & in illa tria vota professus,
erga Tornacenses beneficus, & Na-
murci Rector, per annos 12. quibus
mirã optimatam beneficentia: augu-
stum, & maiestate inter prima Belgi
templa visendum templum erexit.
Diuæ Matris officium, & illud quod
de Immaculata Conceptione dicitur,
nullo die, ne quidem in morbis varijs,
neglexit. Animas purgatorij totis vi-
ribus iuuat, ac ea propter tam ipse
preces pro illis quas potuit fudit,
quàm per ipsum 22. annorum inter-
uallum, quo peccata confitentes au-
diuit, nullum (qui id posset) dimisit,
cui psalmum, De profundis, pro de-
functis recitandum pœnæ loco in Sa-
cramento non imponeret. Fortitudo
in illo admirabilitatem habuit planè
magnam: quippe qui morbos diros,
& horrendam nobilissimæ suæ
familix ac fratris ruinam atque cata-
strophem tanto animi robore sustinuit,
vt pro publico patientiæ spectaculo
haberetur. Sub vitæ suæ ingens il-
lum desiderium moriendi, & suauissi-
ma erga Deum fiducia dulci quadam
tranquillitate composuit ab illis, quos
hactenus à conscientia futuri anxiam,
& ad mortis ac nouissimorum cogita-
tionem palpitante, patiebatur terrori-
bus, incredibili pauidi semper animi
cruciatu ita repente discussio, vt nihil
per omnem vitam ita vnquam opra-
uerit, quàm dissolui, & esse cum Chri-
sto. Religiosus verè Iob fuit Ioannes,
sue afflictã bona fortunæ ac familiæ,
sue corporis diurnos dolores, siue
animi cruciamenta, siue hæc omnia
lato exitu terminata spectemus.

B. V.

Anim. Purg.

Patientia.

Scrupulis.

XII. DIE FEBRVARII.

P. ALPHONSVS
NUNIVS BARRETUS.Lustratus
12. Feb. 1581.

Melchioris, & Ioannis Barretorum iunior natu germanus, vt cum iisdem germanitatem religionis iniret, è Matris eius consiliorum in conscientia complexu clam Conimbricam fuga elapsus est ad tyrocinium. Inter eius decora fuit illud specimen se vincendi, quod Magistri, vt opinor, assensu, ad Conimbricense forum lugubri veste atratus, nudipes prodierit, ad infamem columnam, illique (cingulo tenus à capite nudatum aiunt nonnulli) alligatus, quantà laterum, & vocis contentione potuit à IESV columnæ infami alligato misericordiam pro peccatore populo postulari, turbâ ad spectaculum horridum confluyente. Infimæ quoque plebis, quæ ex Gallicia ad operas, & ad onera baiulanda istuc affluebat miseris, vt altâ inficitia nocte cæcis luminis aliquid adferret, impetratâ ad id potestate, simili illis cultu instructus, inter illos familiariter egit quasi vnus è numero; eosque suavi quâ dictione, quâ exemplo eruditos atque mollitos in admirationem, & ad frequentanda Sacramenta pertraxit Sacerdoti deinde cuidam se famulum addixit, vt eum à flagitioso vitæ obscenæ sacrilegio auelleret. Rogauit, monuit, sed non nisi, risum & deinde indignationem retulit. Quare inde adeam, quæ Sacerdoti illi scelerum socia erat, abiit, eamque ad vitam vniuersam non solum expiandam, verum etiam insigni castimonie documento deinceps emendandam adduxit. Eborensi deinde Collegio præfuit, mox Grammati-

cæ per annum ferè addictus, ac Vlyssiponæ demum Rector, vbi non nisi 27. annos natus vitam insigni erga res diuinas flagrantia, permagnâ modestiâ & charitate laudatam, cum æterna, vt spes optima est, commutauit.

P. CHRISTOPHORVS
RODRIGVEZ.

Hunc literæ Neapolitanæ vocant virum patientiâ suique despicentiâ admirabilem; cui cum alia multa, tum obitus dies præsignificatus dinitus est. Fuit hic vir magnis itineribus laboribusque pro fide Christi susceptis celebris; Cayrum & Alexandriam adiit, à Pio V. Pontifice ad magna queque adhibitus. Vilis illi de cingulo B. V. corona pendeat, vestis semper paupertatis magnæ index: cilio quotidie coopertus, flagris ferreis in se dirum in modum animaduerteat, quotidie peccata, & sæpius quandoque confessus. Præuincie cum præfesset, Collegia pedes, & suæ sarcinulæ baiulus, nec alio viatico, quàm voluntariâ mendicitate instructus concursabat. Dicebant ij quibus præerat, illius aspectu ipso perturbatos animos tranquillari. Humilitatem viri, quâ se infimo loco natum aiebat, non sine lacrymis admiratus, cum complexus est Euerardus Præpositus Generalis. In nauali Ioannis Austriaci expeditione, sæpius se per tres ipsas horas cecidit vsque ad sanguinem, & crucifixum inter globos volantes Christiano militi ostendat. Plura de hoc in vitis illustribus in annum 1581.

Iust. Neapoli. 12. Feb. 1581. Mors præuisa.

Mortif.

Confess. Quond.

Humilitas

Mortific.

P. FRANCISCVS
PEREZ.

Lofitanus
Nagap. tan,
Ind Orient.
21. Feb. 1. 83.
ætat. 70.

Vexillum
IESV.

Pax.

Radix enata
sub capite.

Corona
B. V.

IN Bisnagensi regno rex bellum meditabatur in quendam Malabari- bus Regulis, qui non plures quam mille milites numerabat. Huic, Ethnico licet, opem apud Deum, Franciscus vexillum misit Sanctissimo Iesu nomine insignitum, idque ut suis præferri iuberet, atque hoc nomen inuocaret iussit. Fecit Regulus imperata; & bis pugnavit cum suis mille contra sex hostium millia, bis victoriam retulit Iesu nomine ab his mille publicè inuocato. Vexillum illud Iesu etiam à successoribus in facti memoriam honorificè conseruatum. Vir fuit planè pacificatoris suauitatis, mirà inter sibi inuicem infensos flexanimis eloquentiæ felicitate. Rexit nostra ferè omnia domicilia in India. Fidus S. Xauerij & veteranus socius, eidemque dilectus magno animarum zelo. Sed, ut sic dicamus, humilitas eius super omnia opera eius; cui soli se sanctè inuidere dicebat S. Xauerius. Capilli, & unguis illi abscissi, & alia ad venerationem. Factus videtur in pace locus eius. Nam eo loco, vbi sepultus est aiunt pacem ortam incolæ, neque se amplius ab hoste infestari, & à multis alijs calamitatibus esse immunes. Aperto illius sepulchro ut auferretur, obstupère, qui aderant. Sub eius capite enata tenera quædam radix reperi- ta est, quæ per omne Francisci corpus porrecta ad calcem vsque perueniens, totum sceletum, ossa omnia illigauit. Pro eius coronâ, quâ ille B. V. opem ardentè implorate consueuerat, & cui fortè obtigerat, quidam elegantis pi- cturæ tabulam, & nonaginta aureos promisit. Ethnici non minus; quam Christiani morti eius illacrymati sunt;

aiebantque si suos inter obiisset Fran- ciscus, cum in deorum numerum re- ferendum fuisse. æde quoque illi ex- tractâ.

M. IACOBVS
MLOCZKI.

Hic vix peracto in Societate octo Hannorum spatio, dum iuuentu- tem in scholis bonis literis & pietate optimâ erudiret, decerptus est. Hunc Annæ ab admirabili se ad modera- tionem in omnibus componendi, ac lectionem sacram per omnem vitam, at in morbo maximè, etiam inter pun- cturas acerbissimas, attentè audiendi, atque aded ab aliarum Religioso Ma- gistro dignarum virtutum studio ita laudant, ut mores, & nomen Angeli occuparit. At B. Virginem præcipuâ veneratione prosequatur. Quoti- diana illi munuscula, pro felici vitæ fine dedit constanter, quotidie offi- cium & rosarium, quotidiani & mune- ralis pensî instar. Neque parcam ex- pertus liberalissimam Virginem Ma- trem, decimo ferè ante vltimum die, qui à Sacris luminibus Beatissimæ DEIPARÆ purificatæ illustris, & sacer erat. Patri cuidam è templo reduci, ut narrant Annæ, cum de Bma. Virgine colloquerentur; Reuera, inquit M. Ia- cobus, hic mecum duabus alijs comi- tata Virgin. Fulgenti admodum formâ & decore fuit, significans me breui hinc ad cælestem Societatem migratu- rû: modicum adhuc ferendum. Et biduo ante mortem, valetudinis suæ ministro fratri: Magnos aiebat, hîc habemus hospites, exhilarante me præsentia suâ Beatissimâ Virgine. Addidit, se in cu- biculi medio currum gloriæ Beatissi- mæ Matris intueri, quo illa animas in cælum auhere soleat. In agone ocu- los in Crucifixum; digitum, in abdu- cturam

Lithuanus
Rigæ. 12.
Feb. 1611.

Lesio sacra.

B. V.

Mort.

Medicum
adhuc fer-
endum.

Curru gloria
B. V. pro-
mouenti.

Eturam se DEIPARAM intendit, & felici morte cursum illum conscendit, caelo, ut speramus, inuectus.

P. NICOLAUS
GALLETVS.

Siculus Pa-
normi 12.
Feb. 1696.
Vocatio.

ES. Cataldi Marchione Societatis IESV tyro anno 1645. 5. Octob. mox ab exacto tyrocinio tria vora professus Postea Sacerdos Theologiae curriculo Romae confecto Duo in illo eminare visa supra communem morem: vnde illi laus & admiratio à domesticis extrarijsque haud vulgaris. Alterum erat patientiae ipsa semper constantia in valetudine afflicta, quae illi vberem huius virtutis mellis offererat: alterum quod in ipso aditae Societatis vestibulo excelssitate quadam animi se suis titulis & fortunis

omnino exerere promptus voluerit, nihil procrastinata eam, quam dicimus, renunciatione. Potior illi fuit omnium opulentiaeque splendore humilitas virtus Christi.

P. IOANNES
E S A L C E D O.

Regiae familiae confessarius cum Resset, illam cautè, ceu *specioso exilio*, ut aiebat, est usus. Fuit quam inuitus, tam bonus Rector, bene de Collegio, temploque meritis. Ante matutinam orationem quotidie, etiam in senectate extremam, se flagris accipiebat acerrime. Inde illi ardens oratio: cui vesperi horam integram addebat. Mortuo, celebritate publicam tertio parentatum.

Hispanus
Bilbae. 12.
Feb. 1695.
Aet. 87.
Soc. 67.

Mane.
Mortis.

Oratio.

XIII. DIE FEBRVARII.

P. ALPHONSVS
SALMERON.

Hispanus
Neapoli. 13.
Feb. 1581.
Aet. 70.

Decem primis Societatis primipilis vnus, anno 1547. à Paulo III. Pont. cum Paschasso in Hiberniam missus cum Nuncij Apostolici potestate. Concilio Tridentino vna cum Iacobo Laynez interfuit Tridenti, Bononiae, iterum Tridenti. Ingolstadij sacras literas docuit. Primus Neapolitanae Prouinciae auctor & Prouincialis. Vbi cum pro domicilio nostro fundamenta iacerentur, ipse baiuli subibat officium, per dies aliquot humeros cophino portando supponens; Lutheri errores ibidem clam gliscentes in quodam, qui eius zizania seminabat, initio statim compressit; diuina etiam Scripturam postmeridianis horis

doctè ac germanè explicatam. A Paulo IV. in Belgium, & Poloniam missus, Romae postea pro Layne in Galliam misso Vicarius Societati praefuit, mox Tridentum tertio destinatus ad Concilium à Summo Pontifice. Demum Neapoli habitauit, nisi quod ad Generalem Societatis coetum Romam venerit Praepositis Generalibus suggerendis B. Borgiae, Mercuriano, & Claudio, & Pio V. iubente in verno ieiunio, coram eodem conciones Romae habuerit. Neapolim redux totum se ad scribendum contulit vsq; ad fractas vires: tunc enim libros clausit, ut se pararet morti, quam optabat, cum diceret, quod melior sit misericordia Domini super vitas. Viaticum accepturus, expectate, inquit, Venis, Deus! Cum extremo oleo ungeretur, quando octauus esset à B. Agathae fe-

Mort.

sto

Mors pra-
diſta.

ſto dies, interrogavit: & ſocio, cras fore respondente: *Hic*, inquit Alphonus, *hic vite noſtra terminus eſt*. Noſte vltimâ illud balbutiebat: *In vitam aeternam! hodie vita arumnis tandem eripiar. Letabitur anima mea in Deo meo*. Ecquid ita lætus eſſet, roganti, reſpondit. Quoddam miſericordiæ vias patefacere inceperit Deus: & Sanctorum litanij ſæpius repeti iuſſis, Euangelium de Chriſti cruciatibus auſcultauit, & in Crucifixi ad DEIPARÆ Matris effigiem figens oculos clauſit. Clerus, atque nobilitas, magnaue vis populi ad funus confluit. Capilli, vngues, veſtes præciſæ ad venerationem. Sabbatis in ieiunio verno conciones inſtituit de B. Virgine, fortè primus; certè tunc raros, & paucos imitatores inuenit, quos tamen inuenit, experimento conſtitit, id non maiore illis opera, quam operæ Dei Matris impenſæ pretio conſtitiffe.

B. V.

SANCIUS DE AVSA, NOVITIUS.

Hiſpanus
Vall'ſolei.
13 Feb. 1585.

Morbus.

In ſiti ſolati-
um a pa-
tiente IESV.

Crucif.

Mors.

Cum in longo 80. dierum morbo ſiti æſtuaret, linguâ totâ exuſtâ & aridâ, licet aquam ſemper ad manum haberet, quâ os elueret, nunquam tamen bibit, vt obedientiâ ſuam patientiam redderet pretioſam, ſitientem interea in cruce IESVM, pro patiendi regula, contemplatus. Biduo ante mortem Chriſtus illi talis in cruce apparuit, qualem ille ſitientem fuerat meditatus, & ſiti ſua imitatus. Videbatur ſibi vaſculum liquoris pretioſi, & Chriſto valde grati crucifixo porrigere, ac illi dicere: Domine mi, ſumne inter electos tuos? Affirmante Chriſto adiecit æger: Domine accipſne me tecum? Tum Chriſtus: Ita fili, accipiam te mecum. Et biduo poſt eò abiit, quod ſperabat, ad tor-

rentem voluptatis, quo potat ſuos Deus.

P. SIMON DE ESQVIVEL.

Adomiforifque apud Clerum, Religioſos, ſæculares approbatione obibat; vt mortuum primarij viri multi æuerint, funus Religioſi omnes, Clerus vniuerſus, omniſque ciuitas celebraverit. Sed illud commune ille cum multis: hoc non item, quoddam ſupremum die (tameſi viribus tum adhuc integris) præſenſione anteceperit, ſe breui migraturum eſſe vita; id quod Collegij Procuratori diſertè affirmavit, cum illo accerſito rationarium rei familiaris introſpexit, omniaque ritè compoſuit, mox morbo correptus, & ſeptimo poſt die morte abreptus. Extrema illâ vitæ hebdomadâ, nihil voluit vel dicere, vel audire, niſi quod cæleſte ac diuinum eſſet, eoſque idoneum ad parandam viam Domini pro itineribus æternitatis, quam ſibi iam imminere ſingulari Dei benignitate didicerat.

Hiſpanus
Aſt-gi. 17.
Febr. 1597.

Mors pra-
uifa.

P. IGNATIVS DE IVLIIIS.

Totvno obibat munia, quot gerendis ab eius obitu tres Patres ſunt deſtinati. Præſtabat ingenio, & induſtriâ voluntatibus ad diuina tranſendis, colloquio, miſſionibus, ſodalitijs: verum illud ſingulare viſum, quoddam ſupremo ſe agoni parabant, licet alias à Societate animo alieni, ſub illum articulum P. Ignatio accerſito vitæ vniuerſæ rationes exponerent. Ter quothebdomadis inedia ſe vexabat, & quidem ſextâ feriâ

Italus in
Collegio
Theatino.
13. Feb. 1616.

Morienti.

Mortific.

non

non nisi pane & aquâ in cibum & potum admissis. Cingulo ferreo plerumque armatus, ter flagris acerbè in se desæviebat, secundis mensis è saccharo numquam admissis in cibum, ne palato blandiri citra necessitatem videretur. Ad ignem nulla illum frigoris sævities, ad frigidæ leuamentum nulla æstatis flagrantia, ad lectulum nulla corporis lassitudo pellere poterat. Vestitus duram quietem in asseribus capiebat. Biduo ante supremum morbum coram SS. Eucharistia enixè oranti, clarâ vox: *Festina*, inquebat, *Ignati; festina: quoniam perpauci tibi superant dies*. Eos ille tanquam à Deo sibi ad apparationem datos quàm pretiosissimis potuit modis impendit, & vixit. Fuit qui dixit acerbum cruris dolorem sibi absticisse Ignatij nomine implorato.

P. IOANNES
BALSTERER.

PRæter insignem animi candorem, & expeditam ad obsequia omnia charitatem, paupertatis integritati fuit quàm maximè addictus. Idcirco per diligentem advertebat, examinabatque se arque suum conclave, ut videret quid sibi detrahere, id est, quid severo paupertatis paucissimis contentè genio posset addere. Et hoc illi quotannis in perpetuo more fuit. Cantato unâ ferè ante obitum horâ MARIÆ Matris gratiæ carmine, ad illam suavi sine concessit.

Germanus
Eberspergæ.
13. Feb. 1640.
ætat. 66.

Paupertas.

B.V.

Mors.

XVI. DIE FEBRVARII.

P. IOANNES
HAMELIUS.

GASPAR DE
GARAY COAD.

APud Zelandos natus, trium Sacrarum linguarum eximie peritus, & inter primos Belgij viros ætate suâ habitus. Huic à peste apud eum cui operam dederat contractâ morienti, quartâ ante supremam horâ, dum socij litanias omnium Sanctorum in sacello recitarent, Angelus custos se spectandum dedit: id quod ille non fuis, sed socio- rum litanias piè recitantium meritis tribuebat.

NAuarchus in sæculo, in Societate Coadiutor, quem externi magnâ in veneratione habuere, ob eminentem virtutem. In Zebuano Collegio totis 32. annis vixit insigni ad omnem laudem exemplo, quidquid demum officij obiret. Extremis 12. vitæ annis captus oculorum luce quicquid in templo sacrificiorum celebrabatur audiebat, diuinæ Matris Coronæ manibus, ore, corde voluendæ diu noctuque intentus, ter quothebdomadis diuinæ synaxi accumbens. Quoad illi per vires & obedientiam licuit, singulis hebdomadis ter inediâ se macerabat, crebro ac aspero, nec rarè duplici accinctus cilicio. Nul- lum

Mispanus
in Zebu Insula Philip-
pina. 4.
Feb. 1627.
ætat. 88.
Soc. 37.

Cæcus.

B.V.

Mortis.

Belga Lo-
uani. 14.
Feb. 1589.

Litania.
Angelus
custos.

lum diem sine lineâ, seu sine acri vsque ad effusum sanguinem sui verberatione transigebat. Cibus illi longè abiectissimus; nullus, ne in supremo quidem morbo, culcitræ aut lineæ supellectilis pro lecto vsus; vita denique longè asperrima; mors verò longè suauissima & placido somno perisimilis.

P. HERMANNVS
B A V I N G.

Germanus
Coloniz 14.
Feb. 1656.
ætat. 81.
Soc. 61.

CVM Rheni inferioris Prouinciam gubernaret, ac aliâs, Magistros impensè horatus est, vt inter discipulos Angeli Custodis cultum studiosè

propagarent. Angelica illi in vultu & animi sui semper compote, nec vnquã turbari viso serenitas. Ter quotidie vt minimum coronam B.V. recitabat, idque constanter. Paupertas semper cordi illi fuit quàm maximè. Vnde non nisi perpaucos, eosque nullius elegantiz libros in cubiculo est passus. Breues illas temporis particulas, quæ incautis ferè pereunt; orandi supplemento implebat. Vnde quando cubiculo egrediebatur, vel per collegium aliquid se conferebat, Lauretanas B.V. Litanias recitabat, quò minima etiam temporis analecta prudens colligeret, ne perirent, eademque hac arte redderet pretiosa.

Ang. custod.

B.V.

XV. DIE FEBRVARII.

FRANCISCVS DE
ANDRADA NOVIT.

Novitius
Vlyssiponæ.
15. Feb. 1569.
Morientium
cura.

Magnus illi ante initam etiam Societatem, eorum qui supremo in agone agunt, enixè iuandorum ardor & studium fuit. Sagaciter illos inuestigabat, Crucifixi Christi signo, & candelabris instructus, & inuentos pericite ad Sacramenta hortatus, eaque agens, quæ illi articulo à peritis adhibentur. Vnde si quis ad extrema venisset, aiebant vicini tempus esse vt puer (id est Franciscus) accersatur. In Societate duorum tantum annorum totidemque mensium intervallo fuit, cum peruenit ad mortem tantâ opinione virtutis, vt Rector datus ad B. Borgiam literis disertè scripserit; *neminem pari cunctorum motu ac desiderio post conditum collegium obijisse, idque meritò, inquit, pro eo quantum in illo Dei erat.* Ingenium illi acutum & acre. Sed illud ille ita perdomuit, vt

Mori.

Mumilitat.

instar hebetis duci se sineret, acuens ingenium nobiliore core virtutis è Diuina voluntate suspensæ. Innocentem carnem flagris & cilicijs atterebat. Ad sui contemptionem petebat, vt posset clam chartis inscribere quidquid de ipso mali nosset: velle se chartas illas dissimulanter spargere, vt repertæ ab omnibus legerentur. Ne vestem nouam accipere cogeretur, supplex de genibus & manantibus vbertim lacrymis deprecabatur. Moneri optabat adedò vt in hoc genere nihil se illi simile hæcenus legisse vel audisse diceret eius in tyrocinio Magister. Nunquam vel in re leuissima debuit admoneri. Ad hoc pro industria utebatur illo libello, qui postea repertus est, in quo quidquid admonitionis ab vllò vnquam accepisset adnotabat, vt caueret. Oculis vnâ, alterumve pedem pro limite circumscriptis: nec excedebat, nisi necessitas perurgebat. Assueuerat ad dextrum IESVM, ad sinistram MARIAM cogitare,

Paupertas.

Obed.

Modestia.

girare; ac velut in medio eorum vbi-
que attentè versari. Christi tormenta
in horas partitè distributa colebat.
Gratulabatur Dei Matri, quod à Deo
tot esset ornamentis inclyta: in con-
scientiam singulis horis, sæpè quartà
quavis horæ parte introspiciebat. Ex-
amine particulari admirabili constan-
tiâ & industriâ utebatur ad suam vo-
luntatem diuinæ subigendam; eamque
diuinæ intra quartam quamuis horæ
partem quinquies, intra horam vici es
submittebat. Inde voluntatem totam
in diuinâ collocarat, mirabili & ama-
bili tranquillitate. Inde illi morienti
amor Dei & obedientia pro responso
fuit, quidquid ab eò quæreretur.

P. IOSEPHVS
A COSTA.

QVatuor Germanorum suorum
Societatem ingressorum exem-
plo; quintus ipse Societati nomen de-
dit; natu illis minor non item ingenio,
& virtute. Rhetoricâ primùm, deinde
Theologicas disciplinas cum dignitate
explicuit. Atque hisce intento aiunt
adfuisse Angelum specie cælo dignâ,
qui Iosephi conclauè ingressus, & ac-
censam facem manu gerens; *Sic, aiebat,
tu in Indijs resplendebis.* Et simul videri
desijt, ac audiri. Eâ face, spectaculo-
que inexpectato accensus, ac plenus
manantium vbertim ab oculis la-
chrymarum, se totum offerebat in ho-
locæstum DEO. Ita æstuanet reddita
sunt à B. Francisco Borgia Societatis
vniuersæ Præposito literæ, quibus in
Indiam destinabatur. Paruit illicò,
cælestis genij, ac Angelicæ facis arden-
tis memor: & Limam anno 1572. ap-
pulsus, præclara ibi gessit pro domo
DEI; etiam contra quendam nescio
cuius conditionis Theologiæ Profes-
sores, qui callidæ mulierculæ fami-

liaritate deceptus, credebat se ab An-
gelo diuina doceri, fore Regem atque
Pontificem, imò legislatorem & Sal-
uatorem mundi; iamque maiorem
Apostolis ac Angelis omnibus se sibi
esse persuadebat. Hic à sacris quæsi-
toribus ad rogum damnatus est. Iose-
phus autem in scholis, in concionali
pulpiro, in consilijs, in eius Prouinciæ
gubernatione, in scribendis libris præ-
clarè suo functus officio, nil tamen de
orandi spacijs decerpebat; imò ves-
peri quotidie addebat, benè longum
orando tempus ducens. Claudij Gène-
ralis inuitatu, & iussu in Hispaniam
redux, Boëticam & Aragoniam Pro-
uincias, demum Vallisoletanam Do-
mum, denique Salmanticense Colle-
gium rexit, ac vixit; vir integritate,
orandi studio, facundiâ, doctrinâ va-
riâ, labore assiduo, consilio, dexterita-
te tantus quantum in India, & in
Hispania summi quique suspexe-
runt.

P. FRANCISCVS
ANTONIUS.

PRæclarè meritis in ponendis So-
cietatis in Sardinia fundamentis;
item in Germania contra hæreticos,
MARIÆ Augustæ concionator, con-
fessarius eiusdè, & B. Stanislai Kostkæ,
ac Edmundi Campiani fuit; & Augu-
stæ quidem per annos 36. Honorum,
& otij hostis, nec vllò aulæ splendore
languescens in operibus pietatis.
Quotidie præter illud quod ipse cele-
brabat, vni sacro intererat: flexis ge-
nibus diuinum officium, officium
B.V. & litanias è menstruorum Patro-
norum suorum nominibus concinna-
tas quotidie recitabat.

Lustranus
Madriti 15.
Feb. 1610.
ætat. 75.
Soc. 53.
Confessorius

Oratio.

B.V.

P. P E T R V S
M A T U R V S.

Gallus Lug-
duni. 15.
Feb. 1611.
ætat. 66.
Soc. 47.
SSS. Trinit.

Mors.

DEspicientiâ sui, & suauissimâ er-
ga Sanctissimam Trinitatem re-
neritate pietatis dignus memoriâ &
imitatione. Sæpè quotidie, sed matu-
tinijs horis porissimum, & in recitan-
do S. Athanasij symbolo, augustum
illud mysterium memoriâ repetebat;
quo tempore redundabat illiquefactis
in animo cælestibus illis delicijs, quæ
in illum ex æterno fonte manabant,
adedò vt nota iam domi ea patris pie-
tas, propè neminem non excitaret ad
idem mysterium augustius percolen-
dum. Aiebat identidem dulcem sibi
è vita migrationem futuram, eò quòd
in domo Sanctissimæ Trinitati dedi-
cata (id enim est nomen Collegij
Lugdunensis) de vitæ statione ad
domum Dei abiret. Et abiit matu-
rus cælo.

P. A N T O N I V S
S U C Q U E T.

Belga Pari-
sij. 15. Feb.
1626.
ætat 52.
Soc. 29.
Charitas.

Inspiratio-
ner.

S. V.

Collegiorum, domus Probationis
& Prouinciæ totius religiosâ re-
tione, modeltiâ, miraquæ pietate
laudatus. Aiunt illum olim puerum
in plateis medijs se rixantibus viris
immiscuisse ac positus humi genibus,
aperto capite, pacem vt inter se ini-
rent obsecrasset. Illustre quoddam iu-
bar se menti eius cordique infundebat
identidem, in quo ea videbat, quæ
religioni sibi ducebat in schedulas
non referre. Vnde liber ille, quem
æternæ vitæ viam inscripsit, emicuit.
Eum ille librum singulis DEIPARÆ
templis donauit, vt in sacrario pere-
grini illum legerent. Eiusdem Virginis
memoriæ conseruandæ rosarium illi

ferè ad manus erat, cum domi fortè
per ambulacra, vel quocumquæ itaret.
Mechliniæ celebrem à miraculis B.
Virginis ædem pedes prius adibat,
quàm Collegium accederet, cum
istuc veniret Prouinciæ iam tum Pre-
positus. Romam à Prouincia missus
Procurator, pretiosissimum itineris
tam longinqui & laboris pretium du-
xit, Lauretanam Virginem, cum ve-
niret, cumquæ rediret, religiosè in-
uississe. Id quod cum faceret magno-
perè toto animo recreatus; *Bene est,*
aiebat socio, *quicumque nunc casus eue-
niat, nihil deinceps recuso.* Si noua illi
vestis obtruderetur, ad illam humili-
tate veluti expiandam, primo quocum-
tempore ad culinam descendebat, ollis
perpurgandis operam diligentiamquæ
accommodans. Aegros quotidie, cum
præfesset visitabat. Ex oblatiis eleëm-
lynis partem suam, & quidquid no-
stris è Via viatici supererat, pauperi-
bus destinabat. quo in genere fuit
exemplis pluribus singularis erga Re-
ligiosos & alios; nullum sine subsidio
dimitti volens, licèt bis in die rediret
ad petendum. Perpetuus illi capitis
dolor, ab ea quam semper alebat cum
Deo consuetudine natus, vt putant,
illum extinxit Parisijs, Româ in Bel-
gium redeuntem. Ibi inter præstantia
virtutum illi articulo maximè con-
sentaneam documenta, diem æternum
iniit corpore hic relicto; quod
ille adedò inclementer habuit semper
ieiunijs, vigilijs prolixè productis,
asperitate ciliciorum, crebritate fla-
grorum, vt dorsum verberibus sæui-
tate nimia contusum & lacerum sæpius
chirurgi manibus egerit, ne pericu-
lum illi exitiumue accerseret.

Humilis.

Elemosyna.

Mortif.

P. M.

P. MICHAEL
SONNET.

Gallus Ni-
uerni 16.
Feb. 1629.
ætat. 69.
Soc. 41.
Humilitas.

PRO innocente ac sancto habebat
hunc virtum fama communis. Se-
cundam ac tertiam Grammaticæ Scho-
lam per annos vndecim exereuit iam
Sacerdos. In suaues aspirationes toto
pectore, in lacrymas totis oculis sæ-
pius soluebatur, maximè si peccata
fatentes audiret. Vnde ad illum con-
fluebant plures, vt sua peccata ste-
tueluerent, suaque lacrymas illius
lacrymis inuitarent. In suam conscien-
tiam bis terque quot hebdomadis ex-
piendam attentè introspiciebat, dimi-
diæ horæ interuallo ad id præstituto.
Tum demum quæ per illud spacium
in se comperta charæ commiserat, ne
memoriam fugerent, dolenter, & sæ-
pius suis lacrymis confessario fate-
batur. inde illi religiosa semper citra
vllas vmbras tricasque conscientia.
Diuinum in horis Canonicis pensum
æstu incenso, voce pietatis teste, nec
parcus temporis, exequabatur; dua-
bus etiam tribusue horis ei nonnum-
quam datis, quò conceptum expleret
incendium; quod etiam in diuino Sa-
crificio, è Sacrificantis gestu, voce,
modestiâ corporis elucebat. Otio suo
nunquam abusus est; pijs laboribus
foris, domi verò legendo ac orando
Deo intentus. Legum apices Religiosè
constanterque obseruabat; quos inter
silentium adeò cordi illi fuit, vt ne
supremo quidem in morbo eâ lege sol-
ui voluerit, signo quopiam, aut nutu,
verborum loco vsus. Panum sub genu
30. annos habuit, cuius demum vi ad
extrema deductus est, inter admiran-

da, vt aiebant Medici, plusquam com-
munis patientiæ documenta, cum con-
cretus ille tumor ferro variè tractare-
tur. Moriens gratias egit Societati, &
rogatus vt Patribus documenti ali-
quid commendaret, instituti amorem,
& pia in familiari congressu colloquia
enixè commendauit. Atque hoc illi
inter nos extremum fuit.

Patientia.

Pia colloq.

P. IODOCVS MAYE-
RING, ET ANDREAS
MARTINI COAD.

HOS è tamplio extractos hæretici
Sueci milites Rubeaci in Alsatia
ad Rhenum, in curiâ abduxere. IE-
SVM, & MARIAM pronunciantes ca-
uillis accepti, hortante hæretico, vt ea
nomina porò inuocarent, moxque
addente; *Non audis MARIA: non ve-
nit: non potest.* Moriendum illis sacrifi-
culis aiebant, quicquid suam MA-
RIAM inuocarent. Et verò MARIA eis
tessera fuit. Nam vt primùm elatâ vo-
ce scariorum quispiam exclamauit;
Sanc̃ta MARIA! mox Iodoco in capite
iam ante ferreâ scelopi militaris fistulâ
perculso, & saucio, certatim coxen-
dicem gladijs confodere: inde illi si-
cam per dorsum ad pectus adegere:
& ille IESVM, ac MARIAM vocans,
animam dedit. *Andrea Martini* post
lethale vulnus inflictum, fissum illicò
securi caput. Hæc odio fidei patrata
cum ex ijs quæ dixi licet colligere,
tum ex eo, quòd Ioanni horum sociis
pepercerit miles, cum interrogatus
Ioannes num & ipse de Sacerdotibus
esset; se sutorem non Sacerdotem esse
dixisset.

Germani
occisi Ru-
beaci. 15.
Feb. 1634.
IESVS.
MARIA.

Fides.

XVI. DIE FEBRVARII.

BARTHOLOMÆVS
BORGARELLUS SCHOL.

Italus Tau-
rin. 1597.
16. Febr.

Olim iuris ciuilibus professor. In So-
cietate necdum Sacerdos humili-
tate, patientiâ, & morte insigni spe-
ctabilis. Siquidem, vt aiunt annuâ,
cum de more Eucharistiam sumpfisset,
nec solito grauius haberet, repentè
P. Rectorem magnâ contentione ad se
accerfitum, rogauit solemnibus preca-
tionibus emigrantem sensim animam
Deo commendaret. Atque inter sacras
preces, quasi placido sopore obrep-
tentè, æternæ quietis compos fa-
ctus est.

Mors.

FRANCISCVS
RODRIGVEZ COAD.

Hispanus
Montellis.
16 Febr.
1601.
Labores.

IN hoc singularis fuisse visus est,
quoddam alios ex alijs labores quære-
ret, nunquam alteri permittâ vllius
laboris occasione, quam ipse posset ar-
ripere. Fractis iam viribus, cum à la-
bore prohiberetur, vbertim lacrymari
visus, & dicere auditus est, se otiosum
& indignum vesci pane seruorum Dei.
Tempus quo cum alijs colloqui lice-
bat à prandio, coram summo altari
SS. Sacramento adorando transcribe-
bat; inter S. Synaxim perpetuis lacry-
mis multâ voluptate perfusus, ac di-
uini illius cibi dulcedine. Sagax ad
caprandum obedientiæ nutum, eò sta-
tim ibat, quò Superiorum voluntates
inclinatas, poterat odorari. Bilanx
videbatur, cuius pondus esset obe-
dientiæ quacunq; aurâ perceptæ im-
perium. Vestem nouam non admitte-

Humilitas.

Euchar.

Obed.

bat, nec cibum alium, nisi analecta
triclinij. Totus ex Dei voluntate pen-
debat. Crebra sani fuere in cælum
suspiria. Aeger verò vitam in hisce ve-
rè absoluit: *Ametur Deus! Ametur,
laudetur Christus, eiusque Parens San-
ctissima.*

Amor Dei.

B. V.

P. G A S P A R
PETKOROSKI.

HVC annuâ cibi modici, & penè
infinitorum laborum virum vo-
cant, cui totos dies variè satagenti,
præterito prandio, cœna vulgaris es-
set plus satis, nullo præterea cibo ad-
misso prandij omitti obrentu; Mathe-
sin, Theologiam moralem, diuinas
litteras exquisitè explicuit; linguarum
Sacrarum apprimè peritus, & ab eru-
ditione vulgò Calepinus appellatus.
Cracouiensî Episcopo cum esset à
Confessionibus per itinera spectaculo
fuit aulæ toti vita eius tam Religiosa,
vt ab aulæ fumis nihil omninò eius
candori decederet, nihil laxamenti
accederet. Authoritatem illi accerfe-
bant solidæ conciones, & sparsa de illo
Sanctimonix fama ore quâ aulico-
rum, quâ ipsius Episcopi; illorum
quidem, quod illum ab omni lauitia
tam alienum viderent, & aliquando
deprehendissent neglecto lectulo mol-
liore, duro scamno incumbere; huius
verò, quod sæpenuero disertè dice-
ret, se tam Sancti Patris consuetudine
fuisse indignum.

Polonus
Cracouiens.
16 Febr. 1612.
ætat 60.
Soc. 38.

Temperant.

Aula.

P. LUDOVICVS
DE PONTE.

Hispanus
Vallisolet. 16. Feb. 1624
ætat. 70.
Soc. 50.

Modestia.

Cassit.
Oratio.
Euchar.

Cubiculum.

Huius vita volumen meretur. Ad Societatem magno intus diuinitatis instinctu, P. Martini Guttierrez concionibus solidè Sanctis, & spectatâ P. Francisci Soarez in disputando modestia est permorus. P. Balthazaris Alvarez magni Magistri fuit in tyrocinio idoneus planè, capaxque discipulus. In perdocenda Philosophia ac Theologia, acre illi eruditumque ingenium, & imitatio doctæ modestiæ in Francisco Soarez adedè perspectæ. Inde Nouitios gubernauit: & cum fracta illi esset valetudo, scripsit ea quæ legimus volumina pietatis; Virgo illi animus, corpus, vultusque modestia. Noctem sæpè totam peruigilationi dabat coram SS. Eucharistiæ Sacramento genibus nixus, magno animi gaudio, magno lumine cordis accensis; interdju verò illam sepius visirabat reddebatque rationes celestis lucis plenas, quare id agere sit Deo valde gratû, nobis autem perutile. Auditus est aliquando velut fatiscens atque inambulans dicere: *satis luminis est, Domine: non plus Domine: sufficit.* Totum illi conclaue visum viuo quodam igne flagrare. Anno 1599. Seruiuit peste contactis, quandoquidem Indias adi-

re per obedientiam non licebat. A fructibus penitus abstinebat, vt se illa voluptate fraudaret. Carnifex cum esset sui corporis, visi sunt Angeli aliquando illum curare, fouere blandè, nauiter, accuratè. Ijdem postea eius cadaueri adstiterè. Sub annum 1604. voti Sacramento firmavit, nullum se deliberatum etiam veniale peccatum velle admittere. Arcana turbidorum cordium introscepit, & verbo composuit: vt taceam de futuris, de miris, quæ à Christo, à Beatissima Virgine Matre accepit. Sæpè conspectus est toto corpore coruscare radiis, globo igneo aliquando orantis capiti imminente. Visus est in morte stipatus Angelis in cælum ascendere; & à morte; non semel celesti eaque magna planè gloria nunc beneficium afferre ijs, à quibus videbatur, alias vero Doctoris Laureolam ostendere ob ea sibi decretam, quæ piè lucubrauit. Oratio illius plena fuit reuerentiæ celestiumque flammaram. Ad illa verba diuini officij: *Venite procidamus* humi prostratus Deum adorabat: nec interrompebat horam inchoatam, licèt quispiam interpellaret orantem. Eius chirographo cordi admoto sædæ tentationes fugatæ. Multa de illo & admiranda dixit celebris illa Marina de Escobar, quæ dabit eius vita.

Mortif.

Angels.

Pecc. Ven.

Oratio.

M. 71.

Brevitarius.

Cassitan.

XVII. DIE FEBRVARIJ.

P. RAYMUNDVS
DE PRADO.

Hispanus
Manilæ. 17.
Feb. 1605.

Her.

Sereni semper, & attentè ad Deum Animi. Cum Vice-Prouincialis munere fungeretur, pedesque Prouinciam visiraret, amisso recto itinere

re non sine periculo ceciderat, cum ecce se illi spectandum obiecisse dicitur tenerrimus infans (cuius infantie mysterijs animum crebrò meditando pascebat) IESVS. Crux illi fessos humeros premebat, non sine significatione fatigationis; quam in dulcissimi paruuli aspectu videbat Raymundus

Iesulus.

Crux.

inerte.

3. Oct.
S. Francisc.

A morte
solatium.

Humilitas.

Zelus.

incredibili animi voluptate. Anno 1603. Nocte à 3. Octob. in S. Francisci festum eunte vidit S. Franciscum Seraphicum è muris Manilam urbem contra Chineses defendentem. A morte Religioso cuidam suo quondam, Nouitio, spectatus, plurimum illi in magno, quodam mœrore attulit leuamenti. S. Augustini exemplo peccata sua scripta reliquit, ac diuina quædam consilia, & instinctus annorum quinque, quos postremos habuit in hac vita. Surdum ab eo gestibus eruditum, vt sacris aquis tingi posset, charitate magnâ, magno surdi fructu, fufus referunt annuæ Philippinæ.

P. GEORGIUS
SKARSINSKI.

Polonus
Pulconia.
17. Feb. 1611.

Mors apud
agrum.

Huius vita & mors breui sed memorando compendio in annuis huc modum notata est. Operarius excellens; tolerantia & exempli egregij, maximeque in audiendis confessionibus studio singulari. Is cum ad infirmum à Præsidi missus esset benè sanus, ex improviso de repentino capitis dolore questus illud exanimi planè similis in sinum assidentis socij reclinauit, & nullâ interpositâ morâ animam Deo reddidit. Hic stupere infirmus ille, gemere, vicemque Patris dolore prosequi, quod nunquam opinato euentu, nullo tentatum morbo suos ante oculos extinctum conspiceret; ceteri

eadem casu perturbati domestici accurrerant quidem ad Patrem, & animo linquente, & alienatum à sensibus illum existimantes, quidquid ad iuandum ipsum adhiberi poterat, magnâ cum charitate & solitudine prestititerunt; sed frustra mortuo sint fomenta. Ergo simul facturo Confessionem infirmo alter Sacerdos est submissus, simul defuncti corpus à Patribus, quied venerant, ad Collegium est deportatum, magno ad hoc spectaculum concursu hominum excito. Sed & in nostris animorum non exiguus excitatus est motus, cum omnes in æquè bono opere parem sibi ex imo sensu optarent finem. Mira res, & documenti plena, vt cuius operi nos non secus ac vltimo accingamus.

PAVLVS RIOIN.
COADIUT.

Gratiâ etiam apud Ethnicos dygnastis, dicendi facundiâ, & magnis pro Euangelio sudoribus fuit spectabilis; fructu non impari animarum, quarum studio se totum transcripserat. Sed à Cubosama in exilium relegatus vnâ cum alijs quos tyrannus in Iaponia ferre non poterat, ne Christi fidem profeminare porro pergerent, in Philippinis à nauigationis ærumnis confectus est; lætus quòd fidelis Christo exul potius moretetur, quàm in patria viueret sine Christo.

Iaponia
Ma.
nilæ. 17.
Feb. 1615.
ætate 64.
Soc. 39.

Fides.

XVIII. DIE FEBRVARIJ.

P. EMMANVEL
FERNANDIUS.

Afer Eboræ.
18. Feb. 1555.
Soc. 17.
Misericordia

Afer Tingitanus nobili loco natus. Aiunt, illum paruulum aliquando cibum non prius capere voluisse quam inopibus quibusdam nomina, seu debita dimitti à parentibus exorasset. S. Xauerij ac Rodericij vsu animum Vlyssiponæ ad Societatem adiecit, susceptus Conimbricæ. Transgaganas missiones pedes concursans, distractos odij animos ita permouit, vt eodem die aliquando quinquagenos dissidentes hætenus, in lachrymas, & amplexus pacificationis peractæ testes ire viderit. Forminis cultum pudicum, vano abiecto, persuasit, eo dicendi fulmine quo animos permiscebat; sacrificio prius, & oratione pectus municiens contra respectus humanos, & petens à Deo verba idonea ad mouendum, vnde ibat & ipse facilis in lachrymas, & alios rapiebat, multifariam ingeniosus ad variam pro animarum salute industriam. Primus Eboræ in morem induxit, vt reis comites irent Patres de Societate ad mortem: vbi reo vitâ iam functo, è scâlis, vel è ferali pegmate, dicebat ad populum ea quæ durissimos quosque percellerent. Impura fœmina Fernandij contra sordes fulminantis ore perterrita, se ad frugem castam recepit. Eapropter, deserti ab ea proci operâ, per iter Emmanuelem adorti personati sicarij, hunc ipsum illum esse qui talem fœminam à libidine abduxisset, conclamant; & faculis arenâ fartis illum dirè contundunt, seque in fugam conijciunt. At Emmanuele voce quantâ adhuc po-

Charitas.

Concia.

Sacrum.

Castit.

Charitas.

terat illos ad pœnitentiam, & ad veniam dulcissimè inuitante; ac silentium, absolutionem, preces promittente, illorum vnus ad iacentis Patris pedes abiectus, peccata confessus est. Fluebant & reo, & Patri vberim lachrymæ; huic præ gaudio de peccatore pœnitentiam agente; illi præ dolore scelerum patratorem. Eboram demum eiusdem conuersi ope se vtunque pertraxit: vbi ægrum Henricus Cardinalis Regius Infans inuisit, mortuum vrbs vniuersa magnis exquijs honorauit, & fleuit. Morbi, & mortis causa ex illius ore haberi nunquam potuit, sed ex illo, quem dixi, conuerso. Sacrificales vestes, in eius caduere post annos triginta quatuor translato, repertæ penitus incorruptæ.

P. L V D O V I C V S
GOVEANUS.

Cocini, & Couiani diu paruulorum magister. postea per magna suscepta itinera excelsa animo pto Evangelio multa tulit, fecitque, multis Christo adiunctis; eoquæ Ethnicis odio fuit: propinatoque ab ijs veneno, vt multi affirmant, enectus est.

Lusitanus
vel Indus.
Cocini. 18.
Feb. 1584.
ætat. 58.
Soc. 32.

P. P E T R V S M A R T I N E Z
E P I S C O P V S I A P O N I E .

Cvm Rege Sebastiano in Africam profectus, illo istic amisso, à barbaris in seruitute non vnâ multa perpressus, naufragio superstes anno demû 1592. Pontificis iussu, Præpositi Generalis monitu, Iaponiæ Antistes

Lusitanus
in Malacensi
mari. 18.
Febr. 1598.

N
creatus

Pides.

creatus, & consecratus, Nangasachum anno 1596. appulsus est; & sua istic Pastoris munia executus, Paulum, Ioannem, ac Iacobum, Sanctos illos Societatis postea Martyres, aliosque permultos, Sacramento confirmavit; eadem etiam alibi exercens, & eleemosynis victitans inter Euangelij labores, inter timorem ac spem. Tum tempestate in Christianos à tyranno concitatâ in exilium relegatus, ærumnis nauigationis confectus est. Cadaver Malacam deportatum 18. Febr. 1598. Vir fuit heroicæ, ac Apostolicæ planè fortitudinis laude inclutus; nec animi demissione minor quàm emnens Ecclesiasticâ dignitate.

P. IOANNES
CARDIM.

Lustitanus
161. Bracharæ 18.
Feb. 1615.

S. V.

Dent.

Modestia.

Cilicium.
Sacrum.

S. V.

Nobili, ac lautâ domo natus, & Niam à teneris pictati enixè addictus, generosâ non curantiâ respectuum humanorum. Societatis ineunda consilium illi tunc illapsum, cum ædem DEIPARÆ Virginis à Luca dictam ex voto inuisens, diuinâ istic synaxi resectus fuisset: ubi etiam se castimoniam Sacramento illigauit. Saceris initiatus 1611. 23. Iunij se Societati adiunxit, salubri exemplo in alios quoque porrecto. Ibi die S. P. Ignatij primo Sacrificio inter lacrymas operatus oculos habuit geminis estibus semper insignes, constantis, ac nulla inconsiderantiâ vnquam laxatæ modestiæ, & facilius lacrymarum; nescio utrâ dote felicior. Nunquam nisi cilicio accinctus introuit ad altare DEI, Sacrificium oblaturus. Virginis DEIPARÆ templa lubens obibat, & de illa feliciter aded cogitabat, vt humana supergressus, totus ab illius gloria, cultu, amore penderet, semihorâ ad id cum puer esset, quouis die

Sabbati destinata. Ad scholas iturus, & ab illis redux, nunquam omisit illam in facello domestico salutare. Terra illi fuit pro lectulo. Pauper esse maluit, quàm videri Urbanus. Vnde nulla quantumuis pia dona dedit vlli, vel ab vilo accepit. Carnibus vix vllis, pane verò cibario, analectis familiae vescabatur. Sui flagellatio illi & quotidiana & aspera, cilicium quoque frequens, & altè adstrictum, ac mille se vexandi artes, & variè deprimendi. Præter ferias sextæ Sabbatique ieiunium, totâ hebdomadâ cibi tam fuit modici, vt ieiunare sit visus. Inter orandum illum à terra sublimem vidit Rector Collegij Bracharenfis. Tanta illi sanctimoniam fama erat, vt illo prætereunte multi sese in fenestras estunderent, Ioannem spectaturi. Examinis particularis libellum gestabat è collo, cum votorum formulâ suo sanguine exarata, & S. P. Ignatij atque Anchiætæ reliquijs. Putatur nullâ vnquam lethali noxâ conscientiam remerasse. Certè 40. Nouitij non semel rogati, nil in illo quod arguerent inuenere. Eius modestia nonnullis pro concione fuit, vt ad frugem redirent. Altero iâ anno Bracharæ Philosophiæ auscultandæ operam danti mors haud improuisa obuinit. Aiunt eum cum sub mortem Crucifixi IESU vulnera exoscularetur, quasi amplexum à reuulsis vterò de Cruce Christi brachijs ac pedibus accepisse. Mater tunc absens dixit; illum sibi clarâ luce conspectum dixisse. Vt gratularetur filio æternum viuo, ne mortuum fieret. Cadaver septimo post anno odore fragrans repperit; & patrata non obscura miracula, de quibus tabulæ ritè confectæ sunt.

Sabb.

Paupertas.

Mortif.

Oratio.

Examin
partit.Mors.
Crucif.

XIX. DIE

XIX. DIE FEBRVARII.

P. IACOBVS
SANCIVS.P. RAPHAEL
OLLER.Hispanus
Hispani. 19.
Febr. 1588.Esch;
Vocatio.

Sensu.

Cruce.

Hic Romæ doctrinâ, innocentia pietate spectabilis, & Gregorio XIII. Pontifici charus, Anglicanæ expeditionis occasione Societatem experijt. Cùm rem Deo commendare iussus à Pontifice, in S. Petri basilica coram SS. Sacramento effunderet, vocem è sacro tabernaculo clarè erumpentem in hæc verba audiuit: *Eslo de Societate nominis mei.* Mox corruit, & ardenti Societatis desiderio teneri cœpit, singulari quodam scientiæ de Christo sibi infusæ lumine colustratus. In Societate, summa eius votorum erat, amare & pati. Hauriebat ad hæc animos ex eodem diuino Sacramento, è quo primam vocacionis scintillam acceperat. Dixit aliquando; sibi percepto Angelico illo Sacramento conspectum Christum paruulum sui pectoris arcana intrantem; seque illi dixisse: Domine, tu es verus Deus, & homo; nec minor es quàm sim ego. Ergo extendete: imple caput hoc meum, hæc brachia mea, corpus hoc meum. Tui sint hi mei oculi, tuæ hæc meæ aures, tuum hoc meum os, & manus, & pedes. Tu in me loquere, in ambula, tu viue vndique in me. Viuo itaque ego iam non ego; viuit verò in me Christus. Aliàs dixit; visam sibi à se deuorari crucem Iesv, paruulam quidem illam initio, sed quæ postea extensa longè ac latè totum illum impleuerit.

Pro hoc in vocatione, cùm puer inconstans ad Societatem admitti nunc peteret, nunc relanguesceret, firmando petentem Alphonsum Rodriguez vt Christus eius curam suscipere, solarius Christus, id se facturum recepit. In Societate tanta faciebat, quanta suffecissent tribus haud inertibus occupandis. Virginitatem perpetuam studijs, inedia, variâ in se asperitate, magnis laboribus, SS. Eucharistiæ ac DEIPARÆ sine labe conceptæ, angusto cultu custodiuit; Sancti & Apostoli nomine vulgò celebratus, per totos 40. dies magni ieiunij, etiam cùm quotidie ad concionem diceret; ieiunabat. Item 40. alijs diebus qui natales ferias Christi antecederant. Fama erat, ab illo ita omnium animos capi, vt nemo illum reliquerit, qui semel apud illum conscientiam expiarit.

Hispanus
in Insula
Maïorica.
19 Feb. 1611.
ætat. 55.
Soc. 36.
Vocatio.

Castitæ.

P. ARNOLDVS
BOECOP.

Hic locupletis domus hæres vnictus, in Batauica (quod certè mirè) Academia, integram & fidei Catholicæ, & virginitatis laudem seruauit, postea Societatem amplexus. Medicus affirmauit; illum veneno interfectum: quippe tentus in itinere ab hæreticis, & coniectus in carcerem, cùm nihil esset cuius causâ plecti posset, porrectum illi venenum est quod ille hausit ignarus: & illud breui se prodidit Colonia; eumque miris per

Belga. Co-
loniæ. 19.
Febr. 1622.
ætat. 18.
Soc. 14.

Fides.

N 2 quinque

quinque menses patientiæ documentis illustrem lentæ atque acerbæ morti addixit.

P. P E T R V S
L E B R Y N.

Gallus Vir-
duni. 19.
Feg. 16, 6.
ætat 71.
B. V.

Patiendi de
fiderium.

SANCTORUM se filium dicebat. Pater enim in pauperes profusus, prædixit mortis suæ diem. Avus maternus sui diem obitus à B. V. didicit, & prædixit: mortem autem obiit ex vulnere, quod ab hæretico acceperat, cum Dei Matris honorem propugnaret. A Matre ad omnem Sanctimoniam institutus, orandi studio vacabat puer remotis arboribus, lacrymis perfusus. Novitius, cum legisset in vita S. P. Ignatii, per cruce breuem esse ad amorem Divinum viam, idque à Deo petendum esse, petijt id impensè: & hyeme rigente in gelidam immerfit manus ad usque cordis deliquium. Tunc illi pauci dies variè reciproci inter cæli dulcicia & amara, læti atque tristes alternis fere fluxere. At reliquo post vitæ tempore, hoc est, per 50. & plures annos, negavit degustatam à se fuisse ullam vel cælestem, vel humanam mentis suavitatem, ne tum quidem, cum (id quod vehementer optaverat) adeptus est, ut is cui à Confessionibus erat Carolus à Lotharingia Viridunensis Episcopus Societatem impetraret. Ipsâ etiam, quam in cibus vel inuiti capimus voluptate, carere se aiebat præ ampullis palati exulcerati, præ dolore dentium, aut alio quopiam in-

commodo. Accessit in capite grauedo & debilitas, in corde compressio, ac veluti confusio, calculi in lumbis ac alibi, perpetuus sitis æstus in faucibus; ischiâs; ac prodagra, febriam, & colici dolores ad agonem usque frequentes & occulti, qui eum lecto non affigerent. Hinc se incudem DEI nominabat, anxius ac timens, maximè cum ne DEIPARA quidem multis cum lacrymis, per noctes integras implorata quidquam leuamenti acciperet; atque ne in Sanctorum quidem gestis aliquem tam diu desertum inueniret. Nullo tamen tædio adduci potuit, ut religiosæ disciplinæ vel apicem negligeret. Inerat verò de diuinis dicenti sapor quidam cælestis, quem non ille, sed alij sentiebant. Hinc Præmonstratensibus potissimum ac Societati multos adiunxit. Ne præesset, oblatos Magistratus non admittebat dolorum obrentu. A Rectore quopiam per magnam inconsiderantiam furti damnatus passus id est religiosè. At manifestam rei veritatem aperuit, & malum iudicem temeritatis damnauit Deus. Patientia morituri hæc solum verba habuit pro leuamento: ô mi Deus! Ne quod verbum inuito dolor excuteret, duos rogauit è nostris, ut ad celebre B. V. sacellum quatuor ferè leucis distans peregre abirent, idque illi à DEIPARA postularent. Abiëre rogati, & rediëre voto potiti. Nam suis ad B. Virginem precibus continuò remisit calculi dolor, & ille placidè requiuit.

B. V.

XX. DIE FEBRVARII.

P. FRANCISCVS
NETUS.P. FRANCISCVS
DE MORALES.Hispanus
Vallisoleti,
1546. 20
Febr.
Vocatio.Conciones.
Lib. 3. n. 82.

Paupertas.

Hic Theologiâ, lauto Sacerdotio, & egregiâ diuini verbi prædicandi felicitate Vlyssiponæ celebris, cumque Societati se adiungere deliberasset, populum eâ de re admonendum putauit. Aut ego (aiebat ad populum, inquit Orlandinus) vera vobis adhuc diem cecini de loco hoc, aut veritatem celando fefelli. Si vera cecini, ea quâ debui libertate perdocui, quod me fecisse profiteor; requiritur profecto, vt quæ vobis audientibus de paupertate disserui, ea putetis esse verissima. Sed illud mihi forsitan obijciat quispiam: quomodo tu secularis homo cum sis; & in medio vulgo versaris; ita ista prædicas? contraria sunt dicta factis. Quam tu nobis paupertatem, quam commodorum despicientiam narras! qui pingui Sacerdotio; & Ecclesiæ redditibus diues es? vitæ tuæ non consentit, oratio tua. Hæc, & similia sibi ipse dissimulanter obiectans, & ratiocinando percurrrens, ad extremum ita conclusit: *Atqui vt intelligatis me ex hoc loco suum vobis non fecisse sed verissima prædicasse, hoc ipso momento temporis, linquo omnia, & ad diui Antonij Archimandrita (nempe Societatis domicilium) rectè propero, vt bonis illis, cum Patribus Christum sequar.* Haud aliter fecit, ac dixit, vniuersorum approbatione mirificâ. Quod postea exemplum alios etiam quosdam ex eadem Ecclesia sequi non piguit. Addit illum è Lusitaniâ Vallisoletum postea concessisse, *ibi, dum miro cum fructu concionaretur, summo cum populi totius lætitiâ religiose descensisse.*

E Parocho S. Vincentij factus in Societate operarius inconfusibilis & admirandus. Egregiâ sui victoriâ, seuerâ corporis afflictatione, & orandi studio insigni ad omnia. Coram SS. Sacramento se præparabat; & tum prædibat, ad quempiam pro morte, vel pœnitentia disponendum, Tum illi Crucifixum dabat, rogabatque vt illum tantisper aspiceret, nec post longam, sed feriam, & meditatè factam allocutionem, humi penes illum sedebat alto silentio preces pro illo fundens: mox in singultus & lacrymas soluebatur, & mollicebat sæpè cor, etiam obstinatum. id quod illi cum ijs, qui ad supplicium damnabantur, prorsus ex animi sententia successit: quorum vnusquispiam, cum iam è ferilibus seclis deijci deberet, circumfusum populum allocutus dixit magnosensu: Magnoperè hortor omnes, vt cum se à fine vitæ prope abesse viderint, P. Franciscum Morales pro extremo felicitis mortis oppetendæ adiumento accersant: & norint secum perbenè actum iri. Cuidam, vt videbatur, sano dixit: eius valetudinem pessimo loco esse: quare illi vt confiteretur persuasit, & illicò eidem Sacram synaxim, ac extremam vñtionem impertijt; quam secuta mox expiati ac vñcti mors excepit. Sæpè illi Christus vt ait eius vita, & sæpè DEIPARA se videndam præbuit, cuius honori Franciscus à multis annis de genibus rosarium recitabat coram SS. Eucharistiæ Sacramento. Inter acerbissimos 26. dierum dolores, cum vo-

Hispanus
Vallisoleti,
20. Febr. 1595.

Euchar.

Industria
Crucif.Christus
B.V.

Patentia in morbo.

Delecta Deum.

Mors.

Sacrum. Anima. Purgab.

cem dedisset doloris. testem, audiuit dicentem Christum: *Tu quereris, & ego rideo videndo te*: & repente Franciscum incredibilis animi voluptas incessit, dicentem: Et quid est, quod magis optem ego, quam te Domine, delectare? si tu rides hos meos dolores, veniant, veniant illi expectati feliciter. Dixit, & in fortissima patientia possessam animam ad migrationis articulum orandi patiendique studio comparavit; confessario enixè rogato, ut curæ illi tantisper alias omnes postponeret, sibi que ad extremum usque fidelis assisteret. P. Ministrum domus, pro quo mortuo celebrabat, ab illo in altari visum lætum & arridentem, & alia fusiùs prosequar in vita Francisci in annuis 1595.

P. IOANNES A CAMPIS.

20. Feb. 1611.
Ap. Ant.
Balinghea.
B. V.

DE hoc hætenus plura Francisci non potui, quàm quodd insignitè addictus fuerit colendæ Virgini Mari. Eapropter perpetuam Dei Matris memoriam ut præoculis haberet, eius rosarium gestabat in manu. Quolibet die Sabbati Nouitios adibat, illis ali-quod de B. Virgine exemplum piè tenere que narrabat. Sub mortem Patrum cuidam. O si nosset, inquit mi Pater, quantum in morte afferat animo solatium DEIPARAM singulari studio coluisse.

Sabb.
Mors.

P. LVDOVICVS CER- QUIERA EPISC. IAPON.

Lusitanus
Nangasachi
20. Feb. 1614.
p. 62.
Soc. 48.

EBoræ Tiberiacensis Antistes consecratus & in Iaponiam missus anno 1598. 5. Augusti Nangasachum intravit, omni Episcopali apparatione Philippi II. Regis expensis affluentè

instructus. Etiam Ethnicis proceribus gratum illum faciebat compositus ille agendi tenor. Amabant in illo Iapones Christiani paternas pro filijs curas, & pastorale officium amoris solitudinisque plenissimum. Tempora quatuor Iaponibus Parochiis, & supellectile sacrâ instruxit. Quinque Iapones minoribus, septem alios item Iapones maioribus, seu Sacris, Ordinibus initiavit. Accurate aduertebat, ut sui è Christi lege vitam ducerent; & se pro grege lupis Ethnicis feliciter opponebat, inde quoque suorum amorem ac disciplinæ Christianæ vrgendæ vim intendens. Lusitanorum nonnulli Iapones in mancipia olim asportabant: vetuit Ludouicus, & sacrum Ecclesiæ fulmen iecit in eos, qui abistere recusabant. Nobiles ob fidem exules fouebat priuatâ liberalitate, sui muneris emolumenta illis præbens, quæ à sigillo, quæque à multis veniebant. Alijs egenissimis quibusque cibos è domo sua præberi iubebat quotidie. In consilijs cautus admodum, peccati umbram omnem sapienter ac persanctè verebatur; nec decernebat quidquam, quod non aliorum iudicio subiecisset; omnes & Generalem Præpositum potissimum, non minus veneratus, quàm si esset vnus ex nobis. In eius domo litanie B. V. palàm ab omnibus quotidie recitæ: *Salve Regina*, Sabbathis ibidem à Clericis, Musicisque cantatum. Signa dabantur, quibus partitè distribebatur tempus in ea munia quæ in Collegijs more vsuque recepta sunt. Suum orandi studio, suum conscientie, quas Clericis explicabat, quæstionibus, tempus dabatur. Fuit denique tanquam ex aurea ætate petitus Iaponensis Ecclesiæ Pater, atque Apostolus per annos 16. quibus illam Ecclesiam gubernauit.

Zelus.

Miseric.

B. 7.

Ordo domi-
sticm.

CVR.

Anglu
Londr
Febr. 1
stat. 5
Soc. 23

Hispan
Cardel
in Gall
21. Feb.
Stat. 4
Soc. 23
B. V.
Iuuiua

B. V.
Mors.

S. Teresa

CVRBERTVS PRES-
COTTUS STEPHANI
COADIVT.

Anglus
Londuni, 20.
Febr. 1647.
Ætat. 55.
Soc. 23.

Suppeditando ex Anglia Seminario
Audomarenſi iuuentuti dextrè ad-
dictus, nobilem ea in re inter plura
diſcrimina operam nauauit non ſemel
captus, & liber. Captus tandem ite-
rum, ad extremum, cum Sacerdos

non eſſet ad furcam damnatus non eſt;
ſed in carcerem perpetuum Londini
conditus; eò quòd è ſolemni formulâ
illud inſurandum fidelitatis (vt vo-
cant hæretici) præſtare noller, quod
integrâ Sedis Apoſtolicæ ac fidei Ca-
tholicæ authoritate Catholicus nemo
poteſt. In carcere in omnes beneficis,
eoque charus omnibus fuit, donec an-
norum plurimum, quibus ibi artineba-
tur, ærumnæ illum ſenſim attriuerit,
ac morte optatâ conſumpſere.

Fides.

Charitas.

XXI. DIE FEBRVARII.

P. MARTINVS
GUTTIEREZ.

Hispanus
Cardeliaci
in Gallicia.
21. Febr. 1573.
Ætat. 49.
Soci. 23.
B.V.
ſtupida.

Ante initam Societatem, inter
prima ingenia; in Societate anno
1550. initâ, inter primæ notæ
viros vitæ ſanctimoniâ excelluit. In
B.V. honorem feriâ quartâ, & Sabba-
to ieiunabat; & Sabbato anno 1573.
illi Romam per Gallias eunti B. Virgo
prædixit mortem intra octo dies ad-
futuram, cum ad B. Virginis ædiculam
iret cum ſocijs. Inde redux vnâ cum
comitibus, ab hæreticis captus; per-
cuſſus, illuſus, & in carcere ærumnis
confectus eſt; etiam ſacris reliquijs,
& ſacrâ ſupellectile ab hæreticis in-
dignè tractatâ, quod dicerent, *Hispa-
num Regem, & Inquiſitionem in ſectario-
rum necem ſemper eſſe intentos.* idque ha-
buit, quod olim petenti B. Virgo an-
nuerat, vt ſine vllò humano ſolatio
moreretur. Adfuit eo mortuo Matro-
na ſpectabilis, quæ cadaver nitidè
compoſuit, & videri deſijt. S. Tereſta,
datis ad P. Hispaniæ Aſſiſtencem Ro-
mam literis affirmauit, ſibi illum à
Deo in Martyrum choro oſenſum.
Victoriæ in Cantabria, Sacerdoti ſa-
pud quem P. Martinus cum comitibus

fueraſt diuerſatus) ſanctimonialis eo-
dem anno dixit 21. Febr. Patrem è
tribus vnum, eumque qui Deipara
fueraſt magis ſtudioſus, hoc die in Gal-
lia diem vltimum obiſſe. P. Ioannes
Fernandus retulit, Martinum ſerenâ
facie ſibi conſpectum; ab eoque ſibi
enixè commendatam Dei memoriam.
Cum ab orandi contentione capitis
dolore prohiberetur, coram Deiparæ
imagine opem illius demiffè flagita-
uit, & ſummam in orando facilita-
tem, ac felicitatem impetrauit. In ſo-
cijs magnoperè contendebat, vt om-
nibus magnæ erga B.V. religionis ſtu-
dium imprimeret. Conſpectâ in tri-
clinio, dum egrederetur, Dei Matris
imagine, adeò exarſit, vt in conclaue
ſeedere prius quàm ad aliorum con-
ſortionem iret, ibique ſuos ætus ex-
plicare, componereque debuerit. S.
Ioannem, S. Mariam Magdalenam, &
ſanctos Beatiffimæ Virgini olim fami-
liares, hoc nomine præ alijs colebat.
Potens erat dicendo ad concionem:
ſed cum de B.V. ageret, ſupergredie-
batur ſe ipſum, lōgè tunc ſe auguſtior.
Ipſam verò DEIPARAM adeò familia-
riter videbat, vt conſpectis varijs eius
imaginibus facilè diſcerneret, hanc
veſtillam, præ aliâ, DEIPARÆ faciem
propius

B.V.
Mors aius-
nita indi-
cata.

Præſentia
Dei.
Diſce à
mortuo
B.V.

Imago B.V.

B.V.

P. Suarez,

propius referre, magisque similem illi esse. De P. Suarez prædixit; magno illum Ecclesiæ, ac Societati decori, & emolumento futurum: eidemque persuasit, vt de B. V. enucleatè explicaret in scholis, illam omnibus omnium cœlitum choris gratiâ, & gloriâ, longè superiorem esse: id quod ad eò cumulatè præstitit Suarez, vt Beatissima Virgo P. Gutierrezio eam ob rem deinde gratias egerit. Sub eiusdem

Sub pallio.

B.V.

Examens.

Cor.

Superiores.

Oratio.

1. Iulij.

S. Francisc.

B.V.

Concio.

pallio vidit Gutierrez vniversam Societatem collectam, & nostros, velut pullos, sub Dei Matris alis protectos. Eadem illi sub examine de suorum labeculis sollicito cum præflet, in lance argentea cor exile ostendit in duabus sanguinis guttis penè submersum, & trepidum; & hoc aiebat esse ipsius cor. Deinde amplum aliud, quod erat cor Dei, qui nullis mortalium noxis perturbatur. Cum Placentiæ Rector esset, ac primâ Iulij de B. V. Visitante officium diuinum recitaret, Beatissima Virgo illum certiores fecit de Coadiutore quodam ad negotia foras misso à procaci muliercula tentato. Vnde illum statim redire iussit. P. Franciscum Villanouam, suum olim in Spiritu Magistrum, diuinitus didicit, breui post mortem, Cælo esse receptum. A S. Francisco, & alijs cœlitibus familiariter visebatur. Intellexit, omnes, quorum ipse Rector erat, prædestinatos esse ad gloriam. Carolo Nouitio cuidam in culina tacitè cogitanti; Ecquid erit mecum annis futuris? Respondit: id cum illo fore, quod Deo videretur. Nostrum quendam agrum amplexu persanauit. Cum ager verni ieiunij concionibus imparem se fore persentisceret, rem omnem in Beatissimæ Virginis manibus deponebat, vt ipsa faceret conciones. Tum mirificè se robustum sentiebat, Accebatque ceruices peccatorum, quas ne celebratissimi quique hæc tunc poterant ce-

mollire. Mirâ propensione seruebat ægrotis in Nosocomio; & alijs id persuadebat. Dæmon aliquando Beatissimæ Virginis effigie illi volens illudere, deprehensus ab illo, & victus est. Dissuadebat nuptias scæminæ castitatis voto illigatæ; idcirco quidam illum fœdi sceleris accusauit coram Synodo Salmanticiæ anno 1565. Sed fraudem Synodus deprehendit, & Martinus à Synodi Patribus tantis est laudibus cumulatus, quantas aiebant suffecturas vel Sancto alicui in Cœlitum numerum ritè referendo. Eam ille sinistram de se famam ad Beatissimam Virginem retulit æquo mœstior: & ecce adfuit illi Virgo Mater; & quid est, inquit, quod aueris? An nescis Filium meum, & me, in ijs, de quibus accusaris nunquam esse à te offensum? Quid ergo est, quod te affligit? sic animo tranquillato respirauit.

Charitas.

B.V.

Castie.

B.V.

Calumnia.

P. CORNELIUS DUYSTIUS.

Hollandiam ingenti labore excoluit, & Delphos potissimum, natalem sibi locum, operâ in Zelandiam quoque porrectâ; magnos animos gerens in tenui corpore, ac morbis attrito ad exantlandas ærumnas, & quotidiana capitis pericula comprehensus à Prætoribus aliquando ita priuatim pro se dixit, vt liber dimitteretur. Tum, inquitur literæ, ex eius ad suos reuertentis vultu splendor cælesti similis emicuit, & hilaritas humanâ maior quæ vultus species cum ad dies plures perseueraret, stuporem intuentibus, & sanctitatis opinionem de illo iniecit. Aiunt mortuum etiam mirabilium quorundam famâ celebratum.

Hollandus
in Hollan-
dia. 21.
F. br. 16. 1.
Zelus fidei.

P. AL-

P. ALPHONSVS
RODRIQUEZ.

Hispanus
Hispani. 21.
Febr. 16.
ætat. 90.
Soc. 70.

Post moralem Theologiam famâ
ingenti perdoctam, & Collegia
gubernata tyronum Magister fuit per
annos omnino 40. postea Cordubę
per 12. annos spiritualibus rebus præ-
fuit, & præclaros illos de exercitio
virtutum tractatus scripsit. Biennio
extremo sacrificare per vires attritas
non poterat, eoque synaxi quotidianâ
vtebatur. Heroicę in illo virtutes, &
illę planè quas scripsit, vt viracius in
libris illis perscripta sit. E cubiculo
non nisi meditare, ac raro, ac planè
charitate, necessitate, obedientiâ
coactus prodibat. Vt cum Deo maner-
et coniunctior sagax erat ad sensus,
ab ijs, quę delectare poterant provi-
denter auocandos. Si quid deesset non
petebat: ex ijs quę offerebantur, ni-
hil eligebat, quocunque contentus.
Per postremos annos aliquot, fructus
non gustabat, ne palato blandiretur.
Oblati cibi saporem aquâ diluebat.
Conscientiam quotidianâ exomolo-
gesi expiabat. Feriâ sextâ etiam sen-
ctâ extremâ pedes aliquot sociorum
in triclinio osculabatur. Denique to-
tus ab his ad æterna sese traduxerat.

P. HERVEVS
MALUESIUS.

Gallus Cle-
raci. 21. Feb.
1622.
ætat. 62.
Soc. 25.

Præstantis pro religiosa disciplina
domi, foris verò pro fide Catholi-
ca zeli vir eoque nihil sibi parcebat,
vt ad amissim seruariet domi singula,
foris autem vt rem Catholicam labo-
re quanto posset maximo promoueret.
In castris, alijsque missionibus insigni-

nitè strenuus, illas pedes obibat. Ama-
bat, & amabatur cum Nostros rege-
ret: secularium quoque animos miri-
ficè sibi deuiciens: sed hæreticorum
odia in se concitauit iisdem artibus
ob quas à Catholicis amabatur. Cle-
racum missus, ibi vrbe ab hæreticis
dolo captâ, dum Episcopi domesticis
peccata confitentibus aures præbet,
ab hæreticis agnitus, plumbeo globo
in pectore traiectus, ferro in iugulo
vulneratus: tum in vertice (vbi eis co-
rona Sacerdotalis odio erat) & alibi,
decem facilè vulneribus saucius, IES-
VM & MARIAM dixit, & vixit. P. Io-
annes Tournerius persanctè affirma-
uit; eius Clericum abeuntis vultum
visum Angelicis quibusdam radijs co-
nscare. Corpus aliquot à cæde men-
sibus integrum repertum est quasi re-
centi sanguine tunc aspersum.

Fides.

Radij in
vultu.

P. DOMINICVS
GONZALEZ.

Magno animi zelo detrectatis ca-
thedris scholasticis, voto se ob-
strinxit quærendi salutem animarum
ope spirituali destitutarum. Tempus
illi pretiosum: cuius ne particulam
perderet, eos à quibus visebatur in-
iectis de quatur nouissimorum me-
moriz colloquijs, aut accendebat, aut
aspellebat. Acrius & pronum in iram
ingenium perpetuâ sui victoriâ ita per-
domuit, vt blandus esset planè ac vn-
dequaque dulcissimus. Feriâ sextâ, ac
Sabbatho ieiunium, diebus alijs à cœ-
nâ ferè abstinentiam sibi indixerat, vt
somnum peruinceret, cui erat obno-
xius. Cilicium illi ferè perpetuum ad-
hærebat: verberibus verò asperè se
cædebat quotidie.

Canariensis
Mendozæ
in Chile 21.
Feb. 1624.
ætat. 39.
Soc. 20.
Zelus.

Pia colloq.

Mortif.

XXII. DIE FEBRVARII.

P. MARTINVS
ERTMERUS.P. DIDACVS
CARVALLIVS.Getmanus
Græcij 22.
Feb. 1612.
ætat. 37.
Soc. 18.
Crucifixus.

Mort.

S.P.

TAlem hunc fuisse aiunt quales nos optat esse Societas, obedientiâ, charitate, in DEIPARAM studio singulari. Oculis intentius in Crucifixum conuersis, moneri se sensit fore, vt propediem moreretur. Ideoque generali confessione expiatus, Confessario & Rectori suæ mortis nūtius fuit breui affuturæ, seque sacro viatico muniuit, cum tamen vires ac vultus nihil tale nunciarent. Eodem die phrenetide correptus, piè delirauit, semper tamen ad parendum promptus, cum obedientiæ nomen audiret: quinto demum die in æternam lucem excessit. Addo hic iucundam, eius erga, DEI Matrem pietatis significationem, è literis Collegij Græcensis. Perpetuo cultu, aiunt illæ, à pueritiâ Dei Matrem veneratus, eam sibi vnam sponsam optauit adolescens, & quâ potuit ratione despondit. Annulum DEI Matris puerum gestantis effigie impressum ipsius Maiores longâ stirpis serie adhibuerant, vt artham nuptialem despondendis sibi vxoribus, quem ei Mater, vt filiorum maximo natu, boni ominis gratiâ in spem futuram abeunti donarat. Huius annuli pignore suam fidem B. Virgini obstrictam, atque ipsius Virginis tutelam sibi desponsam esse voluit, cum Sodalis ei consecratus esset in Collegio Crumloniensi.

IN Cocincina primùm, deinde in Iaponia præstrenuè versatus, ingentia itinera & labores tolerauit in perpetuo capitis periculo. Scendaij præerat socijs Euangelium quaquaersum proseminantibus, cum adfuerit apparitores, qui Christianos vbique inuestigabant, ad supplicium rapiendos. Iam propè ab ipso aberant, cum è latebra vltro prodijt, se Christi legem prædicare professus. Multo frigore vexatus ab illis, rogatus demum est, vt exemplo aut verbo alijs Christianis author esset, à Christo ad ritus Iaponicos remigrandi: quam ille insaniam detestatus, ea dixit quæ talis mortis cupidum virum decebant. Vltimo Iaponici anni die (nobis 18. Februar.) defixo in fossa gelidæ aquæ plenâ palo alligatus cum nouem socijs Christianis, ibi sine vlla veste per tres ipsas horas ad pectus vsque mersus, iussus est confidere. Quo tempore, nunc sancto absorptus silentio, nunc verbis flagrantibus, præclaro fuit socijs ad constantiam hortamento. Crebra illius, & sociorum erat; vnâ clamantium: IESVS MARIA! *Benedictum sit venerabile Sacramentum! Deo sit semper laus & gloria;* alijs circum interea, vt Christum desereret ipse ac socij, importunâ voce hortantibus, at aure surdâ exceptis, eoque in Didacum, tanquam omnis, vt aiebant, mali authorem, verba multa iactantibus; Didaco interea in sinum gaudente de tam luculentis lueris. Ex aqua educto iterum authores fuere, suos vt socios à Christo auerteret, vitæ præmio. Sed ille, potius authorem

Lustanus
in Iaponia.
22. Feb. 1614
ætat. 46.
Soc. 30.

Fides.

18. Febr.
vltimus die
anni.Constanti in
fide.Christi
titulu
su.

Frigor.

Germa
Hilde-
Feb. 16
ætat. 80
Soc. 47
Obed.Burgun
23. Feb.
ætat. 24
Soc. 5.
Cass.

thorem se illis fore dixit ad mortem pro fide per atrocissima omnia obeundam. Tum ignem illis minatus. Gubernator, in arumnosam custodiam omnes trudi, ac inde quadagesimo post die educi iubet. Causa eorum quæ patiebantur, eorum humeris affixâ voce; CHRISTIANI; expressa est: quâ tessera notati 22. Febr. educti, palis iterum in stagno gelido alligati post prandium, isti perstitere vsque ad noctem ventis niuibuscque perfrigidam. Cum se obrigescere iam sentirent, suauissimè se inuicem consalutabant Pater ac socij, opemque à Matre Virgine vnice flagitabant, quam à Filio illa Fihj militibus impetraret, ad cruciatus & mortem fortiter oppetendam; Didaco animos omnibus suggerente: qui demum & ipse, postremus omnium, ante dimidiam noctem occubuit. Omnium corpora concisa frustarim, & in profluentem abiecta.

HENRICVS WERDEN COAD.

FVit Henricus Coadiutorum exemplum propriè ac nitidè ad omnem eius gradus virtutem accommodatum. Si vel nocte mediâ vocaretur, promptus erat, & sine querela hilaris

XXIII. DIE FEBRVARI.

LVDOVICVS FRERE DOVX SCHOLAST.

AB omni letali peccato per omnem vitam creditur immunis, & nunquam vllis impuris imaginibus menti se ingerentibus vexatus, vt ipse candidè de se illi cui se regendum dederat dixit, Angelum Custodem

ad officia charitatis. Domi amplam, nec semel, nec leuiter patiendi nactus materiam pacatè obedienterque accepit: foris autem ad quæcunque capitis in hæreticos, militesue subeunda pericula semper promptus, in vrbe hæreticâ lignis & lapidibus malè acceptus aliàs verò ab hæreticis ita faucius, vt pro mortuo haberetur, tantū abest, vt aliquid contra vnquam dixerit, vt etiã staret quotidie preces sibi pro illis indixerit, & fuerit executus. Responso in illo prompta ingenio religiosè arguto, & nullius auribus acerba prouerbia. Allocutiones habebat, nuntium in disciplina domestica, vel vocatione animis non semel salubres. Totam vitam, sed extremam senectam potissimum, SS. Eucharistiæ augustè colendæ addixerat. Vnde multa illi coram illa & proluxa, de quæ genibus fusa oratio. Denique forte illius ad ardua semper pectus, insignis erga omnes Patres ac Scholasticos reuerentia, firmus in Dei conspectu animus, faciebant, vt quantumcumque distentus esset negotijs, quibuscunque nunquam vel vllus de illo vel ille de vllò quæri sit auditus; hæreticis quoque ipsi in illo virtutem, non sine veneratione suspicientibus aded vt domi socijs eximio adiumento, foris verò Societati honori fuerit, semper & gloriæ.

singuli pietate, officio, alijsque obsequijs colebat quotidie qui ei in examine Philosophico ad fuisse existimatur. quippe cum Ludouicus respondendi facilitate morem suum supergressus, postea interrogaretur, vnde illi tam inusitata facilitas, respondit; audisse se ad aurem vocem cuiuspiam, quem tamen videbat nemo, distinctè ad singula responsum suggerentis.

O 2 Beati

Christiani;
titulus mor-
tia.

Frigus.

Germanus
Hildesij. 22.
Feb. 656.
ætat. 80.
Soc. 47.
Obid.

Burgundus.
23. Feb. 1620.
ætat. 24.
Soc. 5.
Cast.

Charitas

Charitas
erga inimicos

Angelus
custos.

Humilitas.

Beati Aloysij vt nomen , ita imitationem assumpsit, modestiâ, erga Eucharistiam & B. Virginem religiosè insigni, denique humilitate, quâ veniam impetrauit, vt aliorum calceos nitidè abstergeret : quod cum faceret illos exosculabatur. Tantâ erga omnes fuit reuerentiâ, vt obseruatus sit (S. Catharina Senensis fortassis exemplo) terram eorum pedibus calcaram osculis venerari. B. Aloysij honori, vitam eius breuiter conscripsit, hymnum, officiumque de illo composuit, & quotidie recitauit. Amoris diuini actus corde conceptos in hæc verba sapius explicabat : *Malem omnibus priuari bonis, Et quiduis poene subire, quam vel leuissimè Deum offendere. Deus optime Maxime, quidquid tibi placet, mihi placet, quia tibi placet, IESV, esto mihi IESVS. Quo in verbo vt plenariam indulgentiam obtineret, repetito, animam innocentem exhalauit.*

B. Aloys.

Amor Dei.

MELCHIOR HONNIUS COADIUT.

Belga Tor-
naci. 23. Feb.
1655.
ætat. 79.
Soc. 49.
Mortif.

DE hoc sic annuz Gallobelgicæ in annum 1655. Neque in deuexa ætate parcere sibi voluit, vt vel Sabbatina, vel Ecclesiastica ieiunia solueret, vel à gemina quothebdomadis sui flagellatione abstineret, vel extra refectionis consuetæ tempus potu vel modico se recrearet. Obseruatum est, Melchiorem, tamen omni desiderii inimicissimum, adeoque laboribus continuis occupatum, extra prandij ac cœnæ tempora per totos 30. annos constanter in eo perstitisse, vt non solum die quo S. Synaxi accumbebat, verum nullo om-

Temperantia.

nino quicquam in potum admitteret, taceo quæretet. Exhilaratus ad mortis nuncium ita vixit legum nostrarum ad omnem nutum obseruans, vt ab illis, qui in domo illa Sancta viuenti tam diu, & morienti interfuerè, de illo scribebant; fuisse illum illustre sanè posteris viuendi & moriendi exemplum.

P. ANDREAS METSCH.

HVnc nono ætatis anno susceptum Confirmationis Sacramentum à spectris, quibus erat obnoxius, liberauit. Magnæ in illo eloquentiæ dotes, & sagax ad animos preparandos ingenium. Quo factum, vt opinio sit facile decies millenos, ipsque plures, ab illo ad orthodoxa Sacramenta pertractos, quos inter nouem concionales Ministros, & centum ac nouem apostatas. Vnâ dictione aliquando viginti & vnum, aliàs trecentos octoginta quinque auditores suos ad vitam, à capite pœnitentiæ Sacramento recognoscendam induxit. Sodalitates Marianas octo erexit. Multum ponebat in mutuis precibus amicorum, & habebat conscriptos ferè quadringentos, quibus se quotidianâ & mutuâ orandi necessitudine illigarat. Diuina erga se beneficia in ephemerides redegerat pro rationario grati animi. Religiosus quidam Ecclesiastes eum breuiter laudaturus, illum pronunciauit esse virum incomparabilis charitatis, aded in omnes partes multifariam ad ad omnium utilitates sese fundebat. Plura de illo in annuis.

Germanus
Glacij. 27.
Feb. 1657.
Sacram.
Confirmat.

Zelus.
Fidel.

Concioner.

B. F.

Oratio.

Beneficio
Dei.

XXIV. DIE FEBRVARII.

PETRVS ANTONIVS COADIVT.

Italus Romanus. 24. Feb. 1556.

Hunc Ioannes Valerius è Diario anni 1536. in Collegio Romano hoc die decessisse affirmat. Morti iam propinquum admirabili spectaculo recreavit Deus. Ostendit illi splendentem & gloriosum Patrum & Fratrum in Societate ante illum mortuorum, & iam viuentium in Societate ciuium supernorum coronam, à quibus inuitabatur ad adeundam illam felicitatem beatam, quæ se aiebant suauissimam misericordiam diuinæ ope gaudere. Ita illum admirabilibus lætitijs delibutum è vita demigrasse.

Mors

Inuitatur.

IOANNES XIMENVS COADIVT.

Hispanus Cesar Augustus. 24. Feb. 1579.

Felici planè arte laborem assiduum assiduitati orandi coniunxit. S. Catharinæ Senensis epistolas, & vitam Christi per plures annos meditare legebat, expendebat, digerebat, DEIPARÆ cultu ad eximium, virtutis incitamentum vtebatur. Vnde quomodo circa perfectionis stadium se habere t, à Superiore rogarus: Ab ea, inquit, nocte, quâ me alloqui dignata est Beatissima Dei Mater, ita bene mihi est in hoc puncto, vt nesciam, quid addi, vel à me desiderari melius aut maius possit. Coram DEIPARÆ imagine supplici, & num bene pergeret flagitanti, diuinitus respondit Virgo: Macte animo, Ximene; age porro, vt agis; perge profere per hanc ipsam quam tenes ar-

Lectio. B. V.

Notæ.

reptæ obedientiæ cæcæ viam. Hac rectis itineribus, & regiâ viâ pergis. Aliàs coram DEIPARÆ item oranti vox velut à Virgine demissa, Ximene, aiebat, recordare animarum Purgatorij. Sed plura de illo dedi ad annum 1579. in eius vita.

Obediensia.

Purgat.

MATTHIAS SANGA SCHOL.

Scholasticus, at necdum sacris initiatus fuit Matthias, id enim Indis, atque Iaponibus tardius conceditur; ne propterantia incommodi aliquid afferat, ab inconstantia ingeniorum quæ longo vsu probata non sunt. Per quinque annos Latinâ literaturâ imbutus, magno ardore operam suam patriæ præstitit, concionibus & catechismis, per ipsos 25. annos, quibus nobiscum versatus est magnâ opinione virtutis; modestiæ potissimum, obedientiæ, pietatis. Tum in ea quam Daifuus in Iaponia contra Catholicos concitauit tempestate, ipse quoque in exilium deportatus, in Philipinas delatus est. Ibi Manilæ diem clausit extremum, paulò post quàm ærumnosâ multifariam nauigatione istuc fuisset appulsus.

Iapon. Manilæ. 24. Feb. 1615. ætat. 43. Soc. 25.

Fides.

P. FRANCISCVS PAVONVS.

Excerpto pauca è pluribus, quæ de illo Carmelita Orator in eius exequijs dixit palam, Archiepiscopo approbante. Mater illum vterogere dicebat, à se illum audiri vagientem atque loquentem; ceterum

Italus Neapolitanus. 24. Feb. 1637.

O 3 videti

Paradisus. videri sibi, se paradysum gestare in v-
Oratio. vero aiebat plena caelestium gaudio-
 rum. Statim ac natus est contestantur
 eę, quæ adfuere, illum in genua sup-
 plicem manus in cælum & oculos ex-
 tulisse ritu orantis, idque per quartam
 ferè horæ partem. In Societate intel-
 lexit diuinitus; gratius Deo pretium
 operæ se facturum, si Clerum ad vir-
 tutem formaret in Sodalitate, quàm
 si Indias adiret. Cùm Philosophiam
Colloq. Spir. doceret, sexaginta; cùm Poëticam,
 omnes illius discipuli Religiosum sta-
 tum sunt amplexi; tantà efficacia illis
 de æternis loquebatur. Incredibili &
Sacrum. reuerentia & fiducia erat in diuino Sa-
 crificio; quo semel petendæ alicuius
 rei gratiâ peracto, existimabat se id,

quod peteret obtenturum. Spes salu-
 tis suæ in eo ponebat, quòd nihil age-
 ret, nisi quod veller ac se velle osten-
 deret obedientiæ voce Deus. Ab obe-
 dientia se in cælum inducendum, &
 excipiendum aranter ab obuiuo S. P.
 Ignatio. Forcis in illo corporis & animi
 patientia, dum æger vreretur, secare-
 tur, & morbis aut verbis variè vera-
 retur. Regulas Societatis accuratione
 omni seruabat, eoque illas ipse sibi
 descripserat. Prædicta ab illo futura,
 depullos morbos & dæmones, splen-
 dorem quo collucere in B. V. Sodalita-
 tate conspectus est, quendam qui il-
 lum accusare animo peruerso parabat
 à Dei Matre communitū, & his plura
 dabit vita ipsa prolixior in annū 1637.

XXV. DIE FEBRVARI.

BASILIVS LAZ-
ZARI COADIVT.

Bio ilus Ca-
taæ, anno
 incerto. 15.
 Febr.
Silentium.

Pia colloq.

Oratio.

Angeli.

PER ipsos duodeuiginti annos, qui-
 bus Cataę ianitoris munus obi-
 uit, nunquam in silentij legem pec-
 cavit. Eo tempore, quo à mensa lo-
 quendi facultas conceditur, cum ijs
 pios sermones conferebat, qui Socie-
 tatis ineundæ desiderio tenebantur.
 Ceterum necessaria tantum responsa
 reddebat, nullo præterea verbo adiun-
 cto. Perpetuò cum Deo habitabat
 mente illi coniunctus. Inde illi Sancti-
 tudinis opinio & nomen domi & foris
 natum. Aiunt, cum futura quædam
 ex vero prædixisse; adhibito P. Mi-
 chaëlis Lætuaillij pileo mira patrasse;
 à pluribus, quibus fides sit merito ad-
 hibenda, visum coram SS. Eucharistiæ
 Sacramento à terra sublimem; in cælo
 quoque mira quædam spectasse, vt
 cùm P. Michaëlis Lætuaillij morien-
 tis animæ obuios vidit Angelos gau-

dio gestientes, illum ad caelestes deli-
 cias deducturos. Extremo in morbo
 dolores suos ingenti patientiæ robore
 superauit, & cum vi dolorum à mente
 aberret, *Salue Regina* tamen crebrius
 reperebat.

P. ADRIANVS KNVD-
DE CRESVVS.

IN Paraquaria strenuè laborauit per
 Iannos 23. Conciones elaborabat di-
 ligenter ad lucernam Dei, illud iden-
 titidem ingeminans; maledictus, qui
 opus Dei facit negligenter. Erga pau-
 peres amanter liberalis, etiam suo in-
 commodo; quippe qui eos Christi fra-
 tres vocabat. Experiebatur verò se,
 quòd plus eis daret, affluentius abun-
 dare. Plenum illi charitatis industrijs
 ingenium, ad Indos munusculis (Indi-
 cis, vt quidam vocant miraculis) &
 alijs modis alliciendos ad fidem, etiam
 inter fluminum hominumq; pericula.
 Iam

Obid.

Regula.

B. V.

*Belga in
 Paraquaria.
 2. Febr. 1650*

Charitas.

Fidel.

B. V.

Oratio.

*Hung
 Laure
 Feb. 16
 stat. 5*

Fidel.

B. V.

Fides.

Iam securim in eius caput extulerat Princeps Caciuius: at prohibitus ab alijs, illum seminudum eiecit. Sic Adrianus biduo in fame aberrabat. Festis augustius celebrandis eam etiam operam dabat, vt musicam doceret alios, qui alios iterum, aliosque docerent ea, que ab ipso didicerant. Cum Indis Sodalibus coronam B.V. in templo; quotidie recitabat, DEIPARAM suam bonam Matrem vocabat; nec omitterebat illam, quoties cubiculo exiret, aut reuerteret, salutare. Nullum Sabbatum sine ieiunio præteribat. Vestes illi pannosæ; cibus cuius saporem, sale vel aqua corrumpebat. Antequam aliquid aggrediretur, in cælum oculos præmittebat, opem petens atque consilium. Vires illi dum ægris ministra-

S. V.

Oratio.

ret fracte, Inde mors magnis pietatis documentis illustris.

PHILIPPVS LE FORT COAD.

Continuam se vbique afflictandi Cassiditatem coniunxit cum singulari studio paupertatis: eoque, per ipsos 40. & amplius annos lecto abstinit. Sermones illi de solo Deo; cuius amore se bis deuouerat ad obsequia peste tactorum. Vulgo Sanctus audiebat. Vnde in exequijs tametsi per diligentem fuerit custoditus, effici tamen haud potuit quin eius rosarium, crepidæ, ac vestis lacinia diriperentur ad piam venerationem.

Gallus
Massilia. 25.
Feb. 1655.
ætat. 89.
Soc. 63.
Morisf.

Charitas.

XXVI. DIE FEBRVARII.

P. IOANNES LELESZI.

Hungarus
Laureti 26.
Feb. 1594.
ætat. 50.

Fides.

S. V.

Annæ Lauretanæ illum *virum ad omnia summa natum* vocant, multâ doctrinâ, egregijsque animi dotibus illustrem. Post Rhetoricam, & Philosophiam in Bauaria doctam, Sigismundo Batori Principis Transiluanæ filio datus est institutor. Pro fide Orthodoxa istic tanta fecit, vt stomachum mouerit hæreticis, atque inuidiam. Quare hæreticæ cuiusdam Iezabelis, fœminæ primariæ, operâ inter cœnam venenum illi porrectum est; cuius vim remediorum efficacitas infregit, non sustulit. Inde neruî contracti, & apoplecticus quidam rigor in membris. Desiderabat Laureti, in sinu Virginis, extremam animam exhalare, lauta amantissimi Principis beneficentiâ illum Viennam, Parauium, Lauretum vsque prosecutâ, & perse-

ueranter ac splendidè suppeditante impensas liberales ad omnem vitæ sic afflictæ vsum per annos aliquor, vsque ad mortem. Insignis erat in Ioanne vis experfecti ingenij, & vigor ac efficacitas ad dicendum. Claudiopoli magnum Catholicorum numerum reliquit; vbi non plures quàm sex repererat. Integerrimæ paupertatis curâ, etiam in tantâ illâ Principis benefici liberalitate, quâ in aula quâ in Collegijs luculenter ac religiosè ostendit se esse quatuor vota professum, & paupertatis adstringendæ studiosum. Ad hæc, beneuolentissimæ beneficentiæ, charitatisque artibus, & perpetuâ cum Deo consuetudine insignitè præstans fuit, atque amabilis: donec in gremio Matris amabilis conqueiuit Laureti; cum è Transyluania fuisset ab Acatholicis relegatus, Principe Sigismundo nequiequam inuito. DEIPARA illi fuit dulcè exilij leuamentum; & causa fides.

Fides.

Paupertas.

P. IOAN.

P. IOANNES
BAPT. VELATUS.

Itatus Me-
diolani. 6.
Febr. 1601.

Mores.

Sacrum.

DE illo sic habent *Pretiosa occupa-
tiones morientium in Societate* (c. 35.
n. 2.) pag. 281. P. Ioannes Baptista à S.
P. Ignatio ad Societatem receptus
multæ laudis, ac maximè obedientiæ
vir, cum æger ad supræma devenisset,
id propè quiescens frater, nihil dum
de periculo suspicatus non aduertit.
Vidit hic per quietem P. Ioannem Ba-
ptistam Volatum Sacris operari ad
aras, ministro spectatissimæ venerationis

adolescente candidato. Iam peracta
videbatur consecratio, & adoranda
hostia à P. Ioanne B. Velato eleuata,
& post hanc calix. Tum angelicus ille
adolenscens Sacri Minister, acceptum
candelabro cereum fratri dare est
visus, & dicere, vt sine mora exurge-
ret, & P. Ioanni Baptistæ animam
iam agenti opportunâ ope adesset.
Excitauit ea res fratrem à somno: &
ad Patrem occurrit; atque ita ut cæ-
lestis ille monitor dixerat, in agone
positum reperit. Aduocati mox Pa-
tres & Fratres migrantem animam
sanctâ comprecatione sunt profecuti.

Angelus
custos.

XXVII. DIE FEBRVARII.

ALEXANDER COEL-
HVS COADIUT.

P. IAYMIVS, SIVE
IACOBVS PEREZ.

Lusitanus
Vlyssiponæ.
27. Febr. 1580.
Causa infan-
tem ore
portat.

Providenta
Dei.

Castitas.

Vocatio.

Charitas.

HVnc adhuc infantem in fascijs ore
gestabat per vicum canis obuius
honestæ mulieri: quæ cane abi-
gi iussu, & inuolucro fasciarum euo-
luto, paruulum istic reperit vix iam
spirantem; & pro suo alumno commi-
seratione ducta illum suscepit ac edu-
cavit. Postea ille militiæ nomen haud
ignauum dedit; ac celebri illi contra
Turcas ad Echinadas victoriæ miles
interiit. Per id tempus vt puellæ pu-
dicitiam, ne quid à militibus turpiter
pateretur redimeret, arma sua illis de-
dit pro pretio: quod illi primum ad
meliora rudimentum fuit. Etenim
cum aurum non haberet, quo arma
sibi alia compararet, militiam desere-
re coactus in Lusitaniam redijt; ibique
nomen Societati dedit; laudatè in illa
versatus, ac tandem Vlyssiponæ in pe-
ste publica diligentem nauans operam
charitati, in ea gloriosus occubuit.

VRum omne quod reliquum ha-
bebat, in ipso ingressu tyrociniij
dedit pauperibus. Vbiq; splendor
quidam, & singulare paupertatis in
illo studium emicabat; idq; in mi-
nimis quoque ac infimis. Eadem hu-
militatis adipiscendæ, in illo diligen-
tiâ. Sæpè ad culinam itare ad verren-
dum, Sabbato purgare lucernulas so-
ciorum. Cum præesset, se infra omnes
ducere; cum subesset, singulis mensi-
bus ad Superiorem deferre descrip-
tum eo mense in hebdomadas diesq;e
singulos vtròq; subeundarum corporis
afflictationum catalogum; nunquam
vllus cubicularem operam admitte-
re. Orandi studio addictus, varia quo-
tidie rosaria pertexebat, Beatissimæ
Virginis, nominis Dei, mortis, & alia,
sed ad illas potissimum preces erat
vigil, quibus indulgentiarum luca
sunt illigata.

Hispanus
Cælar. au-
gustæ. 17.
Febr. 1594.

Humilitas.

Mortis.

B. V.

P. ROGE-

Angli-
Londri-
vel 17.
1601.

Fides.

Belga
uodon-
Feb. 16
stat. 6
Soc. 4

Lusita-
Coni-
1598.
stat. 6
Soc. 5
Luz. 2
Conci-

Mortis.

Orati-

P. ROGERIVS
FILCOCVS.

Anglus
Londini 27.
vel 27. Feb.
1601.

IN Belgio Duaci, Vallisoleti in Hispania Seminariorum Anglicanorum alumnus fuit. In Anglia post susceptos egregios pro religione Catholica labores nomen Societati dedit: in quam ut primùm adscriptus est: ab hæreticis captus, in tormentis vtrò se de Societate IESV esse dixit: & Londini ad gloriosum suspendium damnatus, inclytâ Heroum fidei morte occubuit.

Fides.

P. THEODORVS
BUSÆVS.

Belga No-
uodomi. 27.
Feb. 1609.
ætat. 67.
Soc. 49.

B Stanislai Kostkæ Viennæ Magister. Vir ad spiritualia colloquia miscenda scitè pius, & ad animos penetrandos dexter, zelo fidei suavi ar-

XXVIII. DIE FEBRVARII.

P. IGNATIVS
MARTINIVS.

Lusitanus
Conimbri-
gæ 28. Feb.
1598.
ætat. 68.
Soc. 50.
Lingua.
Cæcæ.

PAtauij S. Antonij de Padua linguam exosculatus, repenti in alium Ecclesiasten ab eo qui erat, mutatus, deinceps Apostolicum præ florido dicendi genus ingenti audientium fructu sectatus est, in Lusitaniam Româ redux. Arundo (quam manibus gestabat catechesim docens) cum illo id postulante in sepulchrum illata est. Occalluit in cilicijs ac flagellis illi corpus, cum se per annos viginti diuerberaret quotidie, & Sacrum nunquam sine cilicio celebraret. Conimbricæ notatum est, illum per horas 5,

Mortif.

Oratio.

debat. Vnde centum ex hæreticis ad orthodoxam fidem illius operâ traducti, qui sua nomina in quodam eius libello ipsi descripsere. Dei Matrem, & SS. Vrsulam & Barbaram pietate coluit planè præcipuâ.

Fides

P. IOANNES
GROSSVS.

VIr patientiâ, & charitate conspicuus. Septem ac viginti annis vixit in Anglia inter mortis vmbam atque imaginem: nec tamen omittebat vllò metu quæ cælestis ille calor illi dictabat in pectore. In carcere per septem menses frigus horridum & alias ærumnas perpassus; postea inde redemptus quidem est, sed viribus tam attritis, vt mese non integro post exacto, posteaquàm diuinum sacrificium celebrasset, viribus defectus corruerit, & inter edita signa varia pietatis expiravit.

Anglus Lin-
colnæ. 27.
Feb. 1645.
Soc. 35.

Fides.

Asymmet.

singulis noctibus, genibus flexis fuisse meditatum. Primâ Ianuarij eo anno quo obiit palam pro concione dixit, optare se reliquam vitam omnem flexis genibus gratias DEO agendo ducere, quod in Societate virisset. Catechesi tradendæ totos 17. annos transcripsit; aciebatque se illic expiasse suos in concionando commissos errores in florida seu putida vanitate. In Catechesi roganti Ignatio, vt *Aue MARIA* quispiam recitaret, cum omnes pudor & humanus respectus muros reddidisset, puer semestris vinculum linguæ rupit, & *Aue MARIA* vtrò recitavit. Falsus est, se à teneris B.V. fuisse impensè addictum. Vbicumq; esset quærebatur aliquam B.V. imaginem, quam

Vocatio.

Aue MARIA.
RIA.
Respectus
hum.

B.V.

P hono-

honoraret. Annus Lusitaniæ anni 1614. aiunt biennis paruuli oculis ad mortem ab Emmanuele la Cerda pueri patre viro nobili Ignatii Martini chirographum, illius oculis quiddam beneficij contulisse.

A N D R E A S
SAITO COAD.

Japon. Ma-
nilæ. 28.
Feb. 1617.
Ætat. 15.
Soc. 20.

Perpetuâ sui contemptione, fidèi zelo, paupertate insigni, præclaro suis ciuibus exemplo, multis etiam saluti, fuit; quippe qui non paucos ad Christum dictis factisque loquentibus adduxerit: quem quia deserere nolebat, iussus est in exilium navigare: vbi ærumnis maris fractus, in Philippinis tandem felix exul, exi-

Fides.

XXXI. DIE FEBRVARII.

P. I O A N N E S
D E V I A N A.

Hispanus
in Paragua-
ria 29. Feb.
1624.
Ætat. 59.
Soc. 40.
Mortif.

Patientia.

S. P. Ignat.
&c.

Cum lacrymis deprecatus Rectoris onus, illud singulari humilitatis exemplo sustinuit, humanitatis plenus & secreti amans. Per plures annos vestes ad somnum non exiit. Magnâ Indos industriâ & labore inuestigans, mirè fouit: eosdemque moriens impensè socijs commendauit. Hydrope, alijsque doloribus diu lecto affixus, maiores dolores petebat à Deo. SS. Ignatii, Xauerij, Caroli ope inuocatâ per iter è ponte

lium cum beata, vt spes est, patriâ commutauit.

P. I O A N N E S
B O N N E T.

In alijs omnibus communem viuendi rationem sectatus, in hoc vno ab alijs discedebat, quòd horam vnam diuino Sacrificio impendens Oleronæ clandestinos hæreticorum dolos diuinitus intellexisse putabatur. Diuine Scripturæ tam peritus, vt quemcunque locum adferres, illum ille citra moram enodatè explicaret. Mortui P. Ioannis capilli genu cuiusdam foedè ac periculosè tumidum curauere, chirurgus id luculenter ac alijs qui adfuere testatis.

Gallus in
Coll. Picæ.
nienfi 28.
Febr. 1654.
Sacrum.

Fides.

Iustit.
Ebor.
Mart.

Patientia.

in rupes vnâ cum mulo præceps incolumis & illæsus euasit.

P. H E N R I C V S
H O L L A N D V S.

P Thomæ Hollandi in fidei odium cæsi felix auunculus. In Angliâ illè ferè domus alijs in virtute præstabant quas Henricus excoluit. Vincula & carceres per annos plures expertus, ab amicis in libertatem assertus, ob ærumnas illas omnem audiendi facultatem amisit; adeoque annos extremos in otio sancto & patientia egit, sibi, ac æternitati vacans.

Anglus
Leodij: 9.
Febr. 1656.
Ætat. 80.
Soc. 49.

Fides.

MENSIS